ram quattuor linteis vel listis vel intis: que littera verior est. Dicunt autem intis fuisse culi molles quibus circūligant pueri in cunabulis, facti de stupea materia, vel de serico ad opus nobiliū. Videbat ergo ei vas illud quod lintis quattuor: intis quattuor cornibus alligat, in aere appensum, et ita demittit in terram, et in eo esse omnia genera animalium, quadrupedia, serpētia terre. Et cum esuriret, facta est vox ad eum dicens, Surge petre macta et manduca. Ac si diceret ei in spiritu Trāsi ad gentes, et occide in eis vitia, et sic eccle in cor pora. Absit inquit domine: quia nunquam manducaui comune, i. immundū. Et est idioma hebreorum reputantium cibos immundos quibus communiter utebantur gentes. Unde vocabantur communes quasi immundos, Abhorruit ergo petrus quod dictum est ei manduca, quia ostensa ei fuerant quadrupedia, et serpētia secundum legem immunda, quia grana videbat ei vitia cibis in lege prohibitis, et maxime timebat reprehensionem iudeorum si videret cibis gentilium. Et ideo cum ita cuncta abhorreret, facta est vox secunda ad eum dicens, Quod deus purificauit comune ne dixeris. Non constat ei spiritus tualiter dictū fuisse de gentibus, iam in dei prescientia per fide purificatis. De quibus purificatio et instruxerat petrum vox prima facta ad eum dicens: occide et manduca. Cum autem ostensa fuissent ei serpētia terre, constat ea non fuisse a deo purificata, nec aliquid sive iudeo sive gentili ad comedendum munda. Hoc autem factū est ei tertia vox semel iterato et tertio in terra demissum, et vox tertia audita est per commendanda veritate visiois vel fide trinitatis. Nam ut dicit Ambrosius, In cathecismo fit trina interrogatio, scilicet credis in deum, abrenuncias sathane, vis baptizari. Similiter trina unctio, in vertice sive fronte, in scapulis, in pectore. In baptismo quoque fit trina immersio, post trina verborum ostensionem: receptū est vas in celum. Et dum intra se cogitaret petrus: quid sibi vellet dec visio. Ecce tres viri qui missi fuerant a corinthiis, inquirentes domum simonis corinthiarum steterunt ad ianuam: querentes si simon qui agnouerat petrus illic haberet hospitium. Et cogitante petro de visione, dixit eis spiritus, Ecce tres viri querunt te, causam tamen cur eum querent ei subtrahit, quam ipse postea ab eis didicit. Quia ad seruandam humilitatem aliquando propheticus spiritus ex parte animi tangit

et ex parte non tangit. Surge inquit et descende, et vade cum eis nil hecitant: quia ego missi illos. Descendens autem petrus ad eos dixit, Ecce ego sum quem queritis, que causa est per quam venistis. Ad quem illi, Cornelius centurio vir religiosus ac timens deum: et testimonium habens ab vniuersa gente iudeorum, responsum accepit a spiritu sancto ut accersiret te in domum suam: et audiret verba a te, Et introduxit eos in hospitium suum, et fuerunt cum eo nocte illa. Sequenti autem die profectus est cum illis: quibusdam fratribus qui eum comitabantur sunt a ioppe ut ei testes essent.

Ex petrus venit ad cornelium vocatus.

Capitulum LIII.

Littera autem die

secunda ab egressu de ioppe introiit cesaream. Cornelius vero expectabat illos vocatis cognatis suis et amicis necessariis, Amici necessarij dicunt qui non deserunt hominem in articulo necessitatis: Et cum introisset petrus: obuius occurrit ei cornelius, et prostratus ad pedes eius adorauit eum ipso gestu corporis exprimens deuotionem, Petrus vero eleuauit eum dicens, Surge quia ego homo sum ut tu, Et cum multi adessent: cognati scilicet et amici conuocati, locutus est eis petrus dicens, Vos scitis quod abominabile sit viro iudeo accedere ad alienigenam, Sed ostendit mihi deus nullum hominem immundum esse, propter quod sine dubitatione veni accersere. In terrogo ergo quam ob causam accersistis me. Ad quem cornelius, A nudis quarta die orabam hora nona in domo mea, ac si diceret, Quarta die ab hac hora scilicet innotuit dies, Prima enim die vidit angelum et misit nuncios, secunda venerunt nuncios in ioppen, tertia profectus est petrus cum eis, et illa nocte remanserunt in via, quarta venerunt cesaream, et ecce vir stetit ante me in veste candida: et ait, Cornelius expande ta est oratio tua, et elemosine tue a deo accepte mitte in ioppen: et accersis simonem qui cognouit te, et statim missi ad te, et tu benefecisti veniendo. Nunc ergo omnes nos assumus in conspectu tuo prompti obedire tibi in omnibus quecumque precepta sunt tibi a domino, Tunc petrus aperiens os suum dixit, Nunc in veritate te compert: quoniam non est personarum acceptor deus, nec discernit inter iudeos et gentes, sed

In omni gente qui timet deū et operat̄ iustitiam: acceptus est illi. Vos scitis quod iohannes predicauit iesum a nazareth. scitis etiam quod factū est verbū. id est. predicatio euangelij per vniuersam iudeā. incipiens a baptismo iohannis quo baptizatus est iesus. postea prosequens quō vnxit eum deus spiritu sancto et virtute qui pertransiit beneficiendo et sanando omnes a diabolo oppressos. Et nos testes sumus omnium quae fecit in regione iudeorum. et quod eum suspēderūt in ligno: et tertia die suscitatum a deo. Cuius nos testes sumus qui manducauimus et bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis. quibus precepit predicare populo et testificari. quia ipse est qui constitutus est a deo pater iudicis viuorum et mortuorum. quia pater dedit illi omnem iudiciū. Nec nos solū: sed etiam omnes prophete illi testimonium perhibent. quod omnes per nomen eius remissionem peccatorum accipiunt qui credunt in eum.

Quia baptizauit cornelium et eos qui cum eo erant.

Capitulum. LIII

Huc loquente

a petro verba haec. cecidit spiritus sanctus. et descendit repente super omnes qui audiebant verbum. Vtrum autem in igneis linguis vel in alia specie visibili descenderit: incertum est. Et obstupuerunt qui erant cum petro fideles de circuncisione: quod etiam in nationes. id est in gentes gratia spiritus sancti effusa est. Audiebant enim eos loquentes linguis magnificantes deum. Tunc respondit petrus. Numquid aqua prohibere potest ut non baptizentur hi qui spiritus sanctum acceperunt sicut nos. quod maius est quam baptizari. Et iussit eos baptizari in nomine christi: subiciens formam baptismi a domino traditam per dilatationem nominis christi. In quo nomine intelligit ipse qui vnctus est. et pater qui vnctus et spiritus sanctus qui vnctus est. Tunc rogauerunt eum. Et mansit rogatus cum eis aliquot diebus. in quibus primo creditus visus fuisse cibus gentilibus. unde postea redargutus est. Dilatumque est versus et delatum versus ad fratres qui erant in iudea. quod gentes receperant verbum dei. Et hic fuit primus transitus periculosis apostolorum ad gentes in quo puerus est cornelius cum familia sua.

Quomodo redargutus est petrus a christianis.

Capitulum. LIII

Im autem ascen-

c dissepet hierosolyma. disceptabat aduersus eum fideles de circuncisione dicentes. Quare introisti ad viros pro-

putum habentes. et manducaisti cum illis. quasi diceret. In duobus contra legem fecisti. quod introisti ad eos. et quia cibus eorum confusus es. Tunc incipiens petrus exposuit eis per ordinem ostensam a deo sibi visionem. et quod apparuerat angelus cornelio. Et in tota persecutione non addidit nisi unum verbum quod dictum est cornelio. Virrite et accessi simonem qui cognominatur petrus ubi addidit. qui loquebatur tibi verba in quibus saluus eris tu et vniuersa domus tua. Et ex eo quod statim subdidit. cecidit spiritus sanctus super eos sicut et super nos ab initio: presumis quod super cornelium et familiam suam descenderit spiritus sanctus in linguis igneis sicut descenderat super apostolos die pentecostes. Et tunc inquit recordatus sum verbi domini. quod nobis dixit. Iohannes quidem baptizauit aqua. vos autem baptizabimini spiritu sancto. Videns hoc impletum in cornelio et in familia sua. Audita petri excusatione multiplici destiterunt ab increpatione eius. et gratias egerunt saluatori. et ita impleta propheta iob. Ab aquilone uenerit auxilium: et ad deum formidolosa laudatio. Id est per congelationem infidelitatis gentes comparabiles aquiloni qui in tenebris erant. in cecitate animi percipient luce fidei per quam illuminatione dirigunt ad deum formidolosa laudatio. quod per inopinatum et repentinum gentium conuersione fideles de iudea timentes glorificauerunt deum.

De continuatione historie.

Capitulum. LV.

Incipit hi-

n dinem suam. Quod enim interuentum est de philippo petro et iohanne paulo. postquam supra dictum est. igitur qui dispersi erant pertransibant euangelizantes verbum dei. quando incidens fuit. Prosequitur ergo in hunc modum. Et illi qui dispersi erant a tribulatione que inceperat a morte stephani ambulauerunt versus ad phenicem prouinciam syrie occidentalem et cyprum. nemini loquentes verbum nisi solum iudeis. Erant autem quidam cum eis de cypro et cyrene qui cum introissent antiochia loquebantur ad grecos. annunciantes dominum

Actuum apostolorum

telum, et erat manus dñi cum eis. Et multus numerus credentium peruersus est ad dominum. Sup hunc locum dicit Beda: quod post reuelationes syndonis cepit ecclesia crescere. Unde conicitur quod specie syndonis vel lintei vidit petrus in vltimo: cum alibi dicat vas fuisse, alibi discus. Delatum est autem ad aures ecclesie que erat hierosolymis de conuersione antiochenorum, et volentes plene certificari: miserunt barnabam in antiochia. Qui cum venisset et videret gratiam domini: gauisus est et exhortatus est omnes ut in proposito cordis manerent in domino: qui erat vir bonus plenus spiritu sancto et fide. Et de sup hunc locum rabanus barnabam ideo multipliciter commendatum ne putetur per indignationem suam amisisse apostolatium. Et erat rabanus in ea opinione secundum quam dicitur, barnabas ille super quem protecta est fors cum manibus, postea tamen cum paulo in apostolatum electus est. Nos aliam sequimur opinionem. Videns autem barnabas quod non sufficeret ad erudendam tantam multitudinem: venit tharsum ut quereret facultum, et inuentum perduxit antiochia: et per annum conuersati sunt ibi, et docuerunt turbam multam. Et tunc primo sequaces christiane religionis a christo capite denominati sunt christiani, quod prius dicebantur discipuli, et fuit institutio gentilius sars elegans. Vltimum est enim incongruum et indecens gentilibus ad fidem conuersis, sequaces christiane religionis communiter nomine censeri. Sed potius denominandos esse a nomine magistrum, sicut in sectis philosophorum sequaces denominabantur a nominibus magistrorum, ut ab episcuro episcopi. In his autem diebus inueniuntur prophete a hierosolymis antiochia. Et surgens ex eis vnus nomine agabus prophetauit per spiritum sanctum fame futuram in vniuerso orbe terrarum, et maxime in iudea que facta est sub claudio: scilicet quarto anno claudij.

De collecta pauperibus facta

Capitulum, LVI.

Hinc proposuerunt

discipuli facere collectam ut daret vnusquisque pro modulo sue facultatis, et mitterent aliquid pauperibus qui erant in hierosalem, qui venditis omnibus presuerant precia ad pedes apostolorum ut presumerent eos contra famem. Et tunc primum facta est collecta in vnus pauperum quod missa est per

barnabam et paulum in hierosalem.

De morte iacobi minoris.

Capitulum, LVII.

Tempore misit

herodes rex manus ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem iacobum fratrem iohannis gladto. Ut autem intellegat locus iste de quo scribit herodes sit accipiens eundem, expedit ad tempus pretermittere historiam actuum apostolorum: et persequi historiam romanos imperatorum. Non est putandum hunc fuisse herodem tetrarcham qui cognominatus est antipas, sed herodem agrippam. Ille enim non fuit rex sed tetrarcha, ille scribitur filius magni herodis: qui sensit pilato de nece domini: qui remisit eum ad pilatum indutum veste alba: qui tam deportatus fuerat in exilium vlyennam, et ibi mortuus est. Pilatus ergo mortuus iam erat: qui ut a principio huius historie preteritum est, anno, xix. imperij tiberij cesaris erat procurator iudee vitellius pro fide syrie, et accusatus est in multis apud tiberium. Accusatus est a iudeis de violenta innocentium interfectione. Accusatus est etiam quod iudeis reclamantibus ponebat imagines gentiliis in templo. Accusatus est etiam: quia pecuniam repositam in corbonam redegerat in vnus suos: inde faciens aqueductum in domum suam. Et per his omnibus deportatus est in exilium lugdunum unde orundus erat: ut ibi in opprobrium generis sui moreretur. Vide quod musac erat arca in qua reponebantur donaria regum vel principum. Corbonam in quo reponebantur donaria sacerdotum ad refectenda sartatecta templi Bazophylatium in quo reponebantur donaria transeuntium.

Quis fuerit substitutus procurator mortuo pilato.

Capitulum, LVIII.

Vitio pilato

substituit vitellius fratrem suum procuratorem iudee. Et volens placere iudeis satisfecit voluntati eorum in quibusdam, scilicet de amotione casphe, et promouere filij anne: quod ad petitionem eorum amouit caspham a sacerdotio: et substituit filium anne qui iam mortuus erat, reddiditque ei stolam scilicet illam solennem et antiquam quam debebat hic sacerdos in potestate sua: ut ea videret in festiuis diebus. 32

Historia Libri

latus s̄o translulerat eam in domū suā. z cū
in festinis dieb; necessaria erat sacerdoti, nō
poterat eam habere nisi p̄cio p̄cedere. Tem-
pore tiberij mortu^s est philippus tetrarcha
itree z tracontidis regiōis. frater herodis
tetrarche. mortu^s est etiaz lisantias tetrarcha
abiline. Et straxabāt due tetrarchie, z asp̄t
rabat herodes agrippa ad alterā earū

De proposito herodis agrippe,

Caplin, LIX.

Rat autez hero

e des agrippa vir magnanim^s z bel-
licosus s̄z pauperim^s. nepos he-
rodis tetrarche. z frater vxor^{is} est herodiadis
Fuit em̄ fili^s aristoboli filij magni herodis
z ipsa filia eiusdem. Disposuit ḡ venire rho-
mam. si forte posset impetrare a tiberio alte-
ram tetrarchiā vacantī. Cūq; venisset rho-
mam videns eum tiberius militem strenuiss̄
simū retinuit eum secum. fecitq; adherere fi-
lio suo druso: cui tam ī vita sua tradiderat
imp̄iū. Nec est iste drusus ille q̄ dormit mo-
guntie. Erat autem herodes agrippa vir ma-
gne liberalitatis. z vt sibi p̄celleret animos
romanoz multa exp̄debat. z multis debi-
tis se obligauerat. z vt tradit iosephus. non
fuit homo ī quo mutabilitas fortune adeo
posset deprehendi. Primo in h̄ male ei cōsi-
git. quia mortuus ē drusus filius tiberij. de
cuius morte adeo inconsolabiliter doluit t̄
berius: vt omnes a p̄sentia sua amoueret
qui familiariter adheserant druso: ne redire-
rent ei ad memoriā mortē eius. Et cōpul-
sus ē herodes agrippa redire in iudeā. z des-
perans p̄ nimia paup̄tate intrauit turrim:
vt ibi afficeret se fame: z ita moreret. Quod
significauit vxor sua sorori est herodiadi vxo-
ri herodis tetrarche. q̄ supplicauit viro suo
vt reuocaret eū a turri: z daret ei necessaria.
Et adq̄uit ei: z statuit eū in tiberiade. et ibi
assignauit ei domū z dedit ei necessaria vite.
Et quadā die cū esset herodes tetrarcha in
tiberiade. z epularet. fact^s hilarior solito. qz
icaluierat mero. cepit ip̄opare herodi agrip-
pe q̄ epulabat cū eo beneficia que contule-
rat ei. scilicet q̄ liberauerat eū a peste famis.
Et doluit inde agrippa vltra modū. z dispo-
suit itez redire ad tiberium: si forte inueniret
animū eius imutatū. Et in reditu eius inue-
nit eū petronius vel tiber^{is}. z honorifice re-

ceptus est ab eo: z venit cū eo rhomā. Eicū
haberet tiberius duos nepotes. altez de filo
lio druso. i. tiberiū. z altez de fratre germani
co. scz gatum. volebat sibi substituere filium
filij. qz magis diligebat eum.

De causa inuidie tiberij z herodis
agrippe

Capitulum, LX.

Herodes autem

b agrippa mag^s diligebat gatiū. z
familiarius adhebat ei: vnde

sibi suscitauit indignatōnē tiberij latentem.
quā nondū ei indicabat. sed latens odiū in
corde reservabat. Quadā autē die cum seder-
ret agrippa in curru suo cum gaio leuatis ma-
nibus in celū dicebat. Utinā viderē mortē
imp̄ortuni senis. z te dominuz tot^{is} orbis. q̄
idone^s es imperare vniuerso orbi. Hoc cau-
dinit quispiam. scz auriga ip̄ius agrippe qui
post aliquot dies cum dāno rex agrippe an-
fugiens captus est z vinculat^s. Et dum tra-
heret ad carcerē: petijt ducl ad imperatorē:
dicens: quia in aure loqueret ei. quod esset
ad eius vtilitatē. Et p̄sentatus est imperato-
ri: z dixit ei consulto. qz sic optauerat agrip-
pa mortē eius z dominū gatiū. Tiberi^s au-
tem nō multū curabat verba vinculatorū. et
derisus est ille in carcerē. Et cū sepe inita-
ret agrippa vt iudicaret z occideretur. respō-
dit tiberius. Frater sufficit tibi q̄ vinculat^s
est: z ita differat. Qz vt refert iosephus in
om̄ibus negocijs suis morosus erat. Unde
cum statueret pcuratores in p̄uincijs vite
aut nunq; mutabat eos. Et cū sepius quē-
tū esset ab eo. quare scz non mutaret p̄cu-
ratores: respondit se in h̄ parere plebeolis.
Scientes em̄ pcuratores se ad modicū ha-
bere pcurationem. emungūt vsq; ad sangui-
nem. z tanto dominant^r grauius quāto bre-
uius. z qui recentes superueniūt dissipant
quicqd inueniunt. Quod ostendit eis exem-
plo cuiusdam vulnerati: q̄ cū iaceret in via
z non amoueret multitudinē muscarū. a vul-
nere superueniens alter putauit: q̄ hoc om̄i-
teret ex imbecillitate. z abegit muscas q̄ ope-
ruerant vuln^{us}. Ad quē ille. Vale fecisti mi-
hi. qz musce q̄s amouisti iam plene erāt san-
guine: z parcl^s molestabāt me. q̄ autē recētes
supueniēt acri^s pungēt me. Sic z pcurato-
res vel officiales recēter substituti acri^s de-

Actuum apostolorum

feriant in subditos.

In quo herodes offendit tiberium.

Capitulum LXXI

In quadam die

more solito incitaret agrippa tiberium ut traheret auriga eius de carcere. Respondit tiberius: id ipsum ei non expedire, cum in presentia ipsius vellet eum vinculari accusare. Et cum in nullo sibi conscius esset agrippa, testatus est se velle ut extraheretur et accusaret eum. Eductus ille de carcere arguit eum de crimine lese maiestatis, quia orauerat mortem imperatoris. Tunc ait tiberius carcerario. Liga hunc. Intellexit carcerarius hoc preceptum esse de eo qui eductus fuerat et ligatum retrusit in carcerem. Quadam autem die cum deambularet tiberius in hippodromo, id est, in circo equorum, et teneret agrippam per manum vocato carcerario dixit ei, Liga hunc. Et miratus est ille et vniuersi qui preceperat agrippam ligari: cum purpuratus incederet, et quia erat de regio semine. Eum autem duceret agrippa ad carcerem: patiebatur sitim intolerabilem, quia splendide comederat, et forte occurrit ei portitor aque: et dedit ei bibere. Et postquam refocillatus est, promissit ei quod in primo remuneraret eum in regno galie: considerans quod in proximo galus esset regnaturus, et positus est in carcerem. Et dum quadam die in carcere manens staret innixus arbori: cuius frondibus insidebat bubo, accessit ad eum vnus de coaptiuis: et locutus est ei. Non inquit estimare quod aduuldo loquar tibi: cum sis coaptiuus meus. Volo enim indicare tibi quod indicauerunt mihi dii. Erat autem peritus in augurijs. Cito inquit liberaberis a carcere, et inquam sublimaberis, ut etiam inuideant tibi omnes amici tui et noti, et in hac prosperitate morieris: relinquens bona tua filiis tuis. Quacumque autem huius generis alitem videris amplius super te. scito quia quinta die morieris.

Quomodo liberatus est herodes in morte tiberij.

Capitulum LXXII

In autem esset

herodes in carcere: deferebat ei honorem dominus carceris, sciens eum esse virum nobilem et familiarem galie, et susti-

nebat tanquam ignorans multas comoditates sibi fieri in carcere ab amicis suis, et fuit in carcere per sex menses. Postea cum esset tiberius apud campas cepit infirmari infirmitate quam postea mortuus est. Et si in chronicis alibi legitur mortuus, non est curandum ubi mortuus sit. Videns autem se moriturum: conuocatis nobilibus imperij sui et duobus nepotibus gaio et tiberio: statuit ut in crastino substitueret sibi successorem. Sed prius voluit consulere mentem deorum, et orauit deos suos ut intimerent ei quem nepotum suorum vellet ei substitui in imperio. Et statuit apud se ut illum qui prius veniret ad eum in crastino constitueret imperatorem, ut ita quasi per sortem eligeret: et tamen significauit tiberio ut prior veniret. Qui mane noluit venire nisi praesens. Et cum mitteret tiberius nuncios ad nepotes suos non inuenerunt nisi galium. Et venit galus prior ad tiberium. Quem videns tiberius fleuit amare: dolens quia alter non venerat quem volebat substituere, quia tenebatur eius diligebat: sed dissimulabat. Et locutus est ad eum tiberius. Fili tu succedes mihi in imperio: quod potius debebat tiberio quasi iure hereditario: tanquam filio filij, sed ego video te utilem imperio: et noui mentes deorum. Laue ergo ne molestes eum: sed semper habeas eum tanquam fratrem. Satage ut negotia imperij sapienter disponas: et exequas firmiter mei imperiali honore proficias. Et conuocatis nobilibus: denunciauit eum imperatorem: et mortuus est. Et statim aliquantulum insonuit fama in ciuitate romana de morte tiberij, et venit quidam hebreus amicus herodis agrippe ad carcerem: et hebraice dixit ei, Mortuus est leo. Et cepit agrippa mirabiliter gratulari: adeo ut quereretur ab eo dominus carceris que esset causa tante exultationis. Et confessus est, quia ille significauerat ei hebraice mortem tiberij. Et statim dominus carceris liberauit eum: et statuit sibi collationem in mensa. In crastino insonuerunt alij rumores, scilicet quod tiberius conualuerat, et tertia die romam venturus erat. Tunc arguit eum dominus carceris quia deceperat eum: timens ne in caput eius rediret quod liberauit eum, et mirabiliter verberauit eum, et retrusit eum in carcerem. Postea increpuit certi rumores de morte tiberij et substitutione galie. Et venit galus romam: et sepeliuit tiberium honorifice.

Historia Libri

et ipsa die voluit liberare agrippam, sed dis-
suasum est ei: ne videretur facta tiberij sub-
ro in irritum velle reuocare. Postea per aliquot
dies liberauit eum et sublimauit eum, et dedit
ei duas tetrarchias, scilicet tetrarchiam phi-
lippis: que erat tetrarchia ituree et traconitidis
regionis, et tetrarchiam lisani que erat tetrar-
chia abiline, et imposuit ei diademam, et subli-
matum in regem remisit in iudeam, et inuideo-
runt ei omnes propinqui eius, etiam soror eius
herodias: que miserata fuit infelici modo in-
uidit felici, precipue quia habebat nomen re-
gis, quia vir suus erat maior natus filius ma-
gno herodis: et nunquam meruit appellari: sed
tetrarcha. Persuadebat itaque viro suo die
in diem ut iret in thomas, et satageret omnibus
modis ut sibi compararet nomen regis. At
ille malebat esse in ocio: quia opulentus erat:
vnde sepe vxor exasperata dicebat: Periculi
opes tue: quia magis diligis opes quam hono-
res. Tandem victus instantia vxoris iussit ad-
gatum cum magno apparatu: et ipsa cum eo,
et inuenerunt gatum batis. Herodes autem
agrippa qui presenserat quod non pro bono suo
essent: disposuit ire post eos, sed permisit nun-
cium quendam familiarem suum et amicissimum
gato: per quem direxit epistolam gato
in qua continebatur, quia herodes tetrarcha
etiam viuente tiberio firmauerat amicitiam
cum rege parthorum: ut esset rebellis roma-
no imperio, et in argumentum huius rei sig-
nificauit ei: quia in ciuitatibus suis habebat
arma que sufficeret septuaginta milibus ar-
matoz.

Et gatus mandauit statuam suam
erigi in templo.

Capitulum LXXIII.

Quoq; venisset

herodes tetrarcha et herodias
vxor sua ad gatum: et satis honori-
fice accepisset eos, superuenit nuncius hero-
dis agrippe: et porrexit epistolam gato ex parte
herodis agrippe. Perlecta epistola: gatus quia
si alitudo recipiens cepit inquirere de statu he-
rodis tetrarche, et inter cetera quesuit ab eo
vtrum in ciuitatibus suis tanta copia esset ar-
mozum quantum ipse audierat: et non negauit.
Et tunc credens gatus verum esse quod sig-
nificauerat ei herodes agrippa, relegauit eum
in exilium, vxori autem sue quia erat soror be-

rodus agrippe que maxime diligebat, dedit
libertatem redeundi ut haberet terram suam.
Ipsa autem comitata est virum in exilium de-
cens: quia non dimitteret eum in aduersis, cui
comunicauerat in prosperis, et deportati sunt
in exilium lugdunum: vbi postea miserabiliter
mortui sunt. Et dedit gatus galileam quam
habuerat herodes tetrarcha herodi agrippe:
et ista habuit tres tetrarchias. Fuit autem gatus
in initio imperij sui per biennium satis mansue-
tus, postea euasit cor eius in elationem, et
in tantam prorupit vesaniam: ut ab vniuersis
hominibus impugni sui vellet colli tangere de-
re: et dicebat se fratrem esse iouis. Unde etiam fi-
liam vnicam quam habuit ponebat inter ge-
nua iouis: ut ita quasi communis vxoris vide-
retur: postquam egressa fuerat de genibus iouis.
Vixit ergo imaginem suam per vniuersum im-
perium suum ut omnes adorarent eum, et sic
fecerunt omnes exceptis iudeis. Unde etiam
in alexandria ciuitate orta esset seditio inter
iudeos et gentiles, et venisset vtrique ante
gatum ut discuteret controversiam, inter cete-
ras allegaciones quas habuerunt gentiles con-
tra iudeos obiecerunt eis: quia deum suum
quem comuniter omnes gentiles receperant
ipsi inhonorabant, quia imaginem gati no-
lebant adorare. Et tunc primo sciuit gatus,
quod iudei non adorabant imaginem suam. Signifi-
ficauit autem petronio presidi iherosolymorum
suam poneret in templo in hierusalem ut facilius
reciperent eam in circumsstantibus ciui-
tatibus. Quod si forte iudei reclamarent: colle-
ctis romanis legionibus intraret iudeam, et
nemini parceret manus eius. Collecto ergo exer-
citu intrauit petronius iudeam, et venerunt ad
eum iudei de hierusalem cum amicis hero-
dis agrippe: qui erant precordiales gato, et sup-
plicauerunt ei: ne ad hoc eos artaret quia pri-
us permitterent se occidi: et parabant iugulos,
et dicebant: quia nunquam amplius colerent
terram: ut sic inedia affecti morerent. Et tunc
spodit petronius: non de consilio suo se pro-
cessisse: sed non audebat resistere mandato im-
peratoris. Videns tamen quod grauem iacturam
curreret gatus si amitteret tributa totius iu-
dee, promisit quia opponeret se gato per eos,
et misit epistolam suam gato per viros honora-
tos ut desisteret ab hoc mandato. Qui cum
venissent ad gatum: non ausi sunt presentare
se spectui eius: sed accesserunt ad herodem

Scriptum apostolorum

agrippam ut subueniret iudeis: quia vna de
tetrarchijs suis, scilicet galilea in iudea erat.

De morte gaj imperatoris.

Capitulum LXXIII.

Hinc herodes i

uitauit gajum in crastino ut comederet cum eo. Et cum in crastino esset in conuiuio: ammiratus est delicias conuiuij. Et cepit memorari gajus quanta fuerat passus pro eo herodes, scilicet vincula tiberij: et alia multa, et precepit ei ut peteret quicquid vellet. At ille respondit ei sufficere sibi gratia suam. Et cum ille instaret ut aliquid peteret, petijt ne poneret statuam suam in templo in hierosolima. Et iratus est gajus. tamen confiderauit animositate agrippe, quia noluerat perdere opes vel honores: adqueiuit ei, et scripsit petronio in hunc modum. Si nondum posita est statua in templo: non est necesse ut ponatur. Et sic non est posita eius statua in templo. Postquam resipiscens gajus rescripsit petronio in hunc modum. Quia contempsisti mandatum imperatoris: et potius dilexisti munera iudeorum. elige tibi genus mortis quod vis ut descant omnes non esse tutum obuiare mandato imperatoris. Sed deo peccante ita factum est ut prius audiret fama mortis eius quam vis deret nuncios huius legationis. Cum enim esset romae et rediret a ludis circensibus, consilio senatorum interfectus est a duobus, et orta est in ciuitate dissensio inter curiam et milites et populum. Curia dicebant senatores et viri consulares, id est, qui de genere consulum: vel digni ut fierent consules. Quia si viderant senatores se uicium imperatoris et incommoda que inde origerant reipublice: voluerunt penitus extirpare imperium imperatoris ab urbe: et voluerunt eam redigere ad antiquum statum: in quo erat ante iulium cesarem ut esset regimen ciuitatis in arbitrio consulum et senatorum. Contra milites et populus timentes auariciam senatorum: et amantes donatiua imperatorum: constituerunt imperatorem claudium auunculum gajum uirum mansuetum et piuum.

De eodem.

Capitulum LXXV.

Hinc venit he

rodes agrippa ad senatores duicens secum de nobiliozibus que erant in curia: simulans se fauere parti eorum: cum habere

ret eos exosos propter mortem gajum. Consuluit ergo eis ut significaret claudio ne moueret scisma in ciuitate: sed desisteret ab hoc incepto. Et senatores rogauerunt herodem ut pergeret cum eis ad claudium. Et professus est se libenter fungi hac legatione. Et missus est ad claudium cum alijs. Et eis audientibus dixit ei quod dixerat coram senatoribus: quod vellet cladius desistere ab incepto. In aure autem dixit claudio ut non desisteret ab incepto, quia ipse satageret ut maior pars nobilium faueret parti eius. Et renouauit senatoribus quod nollet cladius desistere ab incepto: et cepit eis persuadere ne contraherent, quia non possent impedire. Et allicit quosdam: et tandem omnes. et ita sine contradictione factus est cladius imperator. Et ad persuasionem herodis agrippe omnes occisi sunt qui consenserant in mortem gajum. Et petijt ab eo herodes agrippa: ut decretum gajum de statua sua adoranda reuocaret in irritum: quia impium erat. Et adqueiuit ei et precepit ei ut epistole reuocationis per singulas ciuitates iudee ponerentur in loco eminenti ut viderentur ab omnibus.

Quomodo occiso iacobo voluit apprehendere petrum.

Capitulum LXXVI.

Istea voluit he

rodes accipere licentiam a claudio et redire ad patriam. et tunc claudio dedit ei quartam tetrarchiam, scilicet iudeam. et ita sublimatus redijt ad patriam. Et venit primo in iudeam: et honorifice susceptus est a iudeis: quia in multis inuenerat eos. Et cum apperesset dies azymorum venit in hierosalem ante diem festum ut purificaret: et mundus interesset diei festo. Et ante dies azymorum occidit iacobum fratrem iohannis. postea in diebus azymorum videns quia placeret iudeis apposuit ut apprehenderet et petrum. De iacobo autem refert clemens alexandrinus: quod cum detrusus esset in carcerem: nocte conuertit ad fidem custodem suum: et in crastino confessus est se esse christianum. Et cum ambo traherentur ad martyrium: dixit iacobo. Pater da mihi remissionem. At ille paru deliberans ait. Pax tibi. Et osculatus est eum: et simul ambo capite truncati sunt. Petrum autem apprehensum misit herodes in carcerem: quod in diebus

Historia libri

azymoz non licebat alique occidere: et propter custodes carceris tradidit eum custodiendum quattuor quaternionibus militum, volens post pascha pducere eum populo: ut ipse populus occideret eum: non ipse herodes ut iacobus, quia magis videbatur eis gloriosum si ipsi occideret eum: quia erat princeps apud stolorum.

Quomodo liberatus est petrus de manu herodis,

Capitulum LXXVII.

Quomodo autem in castris

Castris pducitur eum esset herodes populo. ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites vincens catenis duabus que adhuc rhome esse dicuntur et custodes iacentes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini apparuit: et lumen refulsit in habitaculo carceris, et miraculose factum est ut solus petrus videret lumen, percussosq; latere petri excitavit eum dicens, Surge velociter. Et statim ceciderunt catene de manibus eius: que adhuc rhome esse perhibentur. Et dixit angelus ad eum, Precingere et calcia te caligis tuis. Deposuerat enim cingulum propter molestiam carceris: ut tunica circa pedes demissa temperaret frigus noctis. In quo datum est exemplum sanctis viris: quod in angustiis licet aliquid relaxare de rigore ordinis. Legimus enim apostolos et prophetas duris cingulis usus propter afflictiones carnis: et petrum ad tempus deposuisse cingulum pro molestia carceris. Et fecit petrus iuxta mandatum angeli: et addidit angelus, Circunda tibi vestimentum tuum et sequere me. Et exiens sequebatur eum: et nesciebat, quia verum est quod fiebat per angelum, id est non putabat hoc in rei veritate fieri: sed imaginaria visione ostendit. Unde sequitur, Existimabat se visum videre: et hoc sibi ostensum imaginaria visione. Transientes autem primam custodiam, id est custodes carceris custodie deputatos, et secundam, id est duos quaterniones. Vel primam custodiam, id est primum quaternionem cum suis: venerunt ad portam ferream que ducit ad civitatem: que putatur fuisse in atrio carceris. Carcer enim habebat atrium: et erat in exteriori parte civitatis sue extra civitatem, et vltro aperta est eis. Et exeuntes processerunt in

vicum unum, et stinus discessit angelus ab eo ut sciret se in rei veritate de carcere ductum: qui putabat sibi hoc imaginarie ostensum. Et tunc ad se reversus, id est ad mentem suam: quia fuerat in maximo stupore. dicit, Hunc scio vere quia misit dominus angelum suum: et eripuit me de manu herodis et de omni expectatione plebis iudeorum. Et considerans ubi esset venit ad domum marie matris iohannis: qui cognominabatur marcus non euangelista: ubi erant multi congregati causa orationis ut oraret pro petro. Et cum pulsaret petrus ad ianuam: egressa est puella ad videndum quem locum dicit hieronymus. Tanta dignitatem esse animarum: ut unaqueque ab ortu natiuitatis sue habeat angelum sibi in custodiam deputatum. Petrus autem perseveranter pulsabat. Et cum aperuissent: viderunt eum et obstupuerunt. Et innuit eis manu ut tacerent: ut sub silentio miraculum viderent vel audirent. Vel forte ideo: ne clamore gaudentium aduentus eius in civitate palaretur. Et narravit quomodo eduxit eum dominus de carcere: et alii. Hunc dicit hoc iacobo et fratribus, scilicet iacobo alpheu episcopo hierosolymorum, quia alter iam fuerat decollatus ab herode. Et egressus eadem illa nocte abiit in alium locum timore herodis et iudeorum.

De morte herodis,

Capitulum LXXVIII.

Rastina autem

C die post educationem petri de carcere: erat non parva perturbatio inter milites et custodes quidnam esset factum de petro. Unde apparet: quia clausum reliquerat carcerem, alioquin non esset ambiguum evasisse. Herodes autem cum reliquisset eum et non invenisset: diligenter inquirens de custodibus, utrum nossent quidnam factum esset de eo: iussit eos adduci ad se ut vindicaret eos, non tamen vindicavit domino procurante: ut solutio petri nulli noceret. Imminente enim negotio: herodes descendit a iudea in cesarem palestine, inquam tyro et sidon: ut non

Scriptum apostolorum

erit tyrijs et sidonijs quibus iratus erat. Quod audientes tyrii et sydonii: venerunt ad blasum qui erat cubicularius herodis et custos thesaurorum eius. quia erat amicus eorum et patronus. et eo interprete reconciliati sunt herodi. Non enim poterant sustinere inimicitias regis tam vicini. Sequenti autem die herodes vestitus veste regali sedebat pro tribunali apud eos: et precinabatur ad eos blandiens eis. Populus autem acclamabat dei voces et non hominis. id est. exhibebat ei laudes deo debitas et non homini. Et dum adulatorijs fauoribus demulceretur. et oblatos sibi diuinos honores non respiceret. respiciens super se vidit imminente et insistentem capiti suo in funiculo angelum. id est. bubonem mortis eius. pro me nunciatum. et tunc ut tradit iosephus inclinavit se ad eos qui sibi applaudebant: et dixit eis. En ego deus vestester mortuus. Sciebat enim iuxta quod dixerat ei augur. cum traheretur ad carcerem: se infra quatuor dies post visionem bubonis mortis. Et cōsultum ut habet in historia percussit eum angelus domini. id est. facta est super eum vindicta dei: quia per quatuor dies ventris dolore cruciatus est. et corrodabant vermes viscera eius. et ita paulatim consumptus a vermibus expiravit.

De agrippa.

Capitulum LXXIX.

Reliquit autem filium

quod dicitur est agrippa non cognominatus herodes: qui adhuc romae erat. nec habuit totum regnum patris sed partem. Habuit autem terram duarum tribuum et dimidie ultra iordanem. Unde legitur quia fideles in iudea imminente euersione hierosolymam ad ammonitionem angeli secesserunt in regnum agrippae istius. scilicet filij herodis agrippae.

Reditus historie ad ordinem suum.

Capitulum LXXX.

Nunc redit historia

ad ordinem suum. et continuatur ei quod supra dictum est. collectam factam a fidelibus antiochie missam pauperibus in hierosolymam per barnabam et paulum. Quod enim insertum est de herode. de morte iacobi. de incarceratione et liberatione petri. quasi incidens fuit. Prosequitur ergo de reditu barnabe et saul

li a hierosolymis historia in hunc modum. Verbum domini crescebat et multiplicabatur. Barnabas autem et saulus reuersi sunt ab hierosolymis assumpto secum iohanne qui cognominabatur marcus post expletum misterium. Erat autem in ecclesia qui erat antiochie propter eos qui venerat ab hierosolymis prophetae et doctores. inter quos erat simon qui vocabatur niger. et lucius cirenensis. et manahen qui erat herodis tetrarche colactaneus. id est. eodem cum illo lacte nutritus. Et possunt eisdem accipi prophetae et doctores. Vel potest ita distingui. Prophetae de futuris. et doctores de praeteritis. Et vide quod iste simon dictus est de colore niger si sit latinum vocabulum. vel si est hebraei dictus est niger: quasi ascendens de virtute ad virtutes. Niger est hebraei: et interpretatur ascendens. Ministrantibus autem illis domino et ieiunantibus: dicit eis spiritus sanctus. Segregate michi barnabam et paulum in opus ad quod assumpsi eos. Qui audito consilio spiritus sancti remiserunt saulum et barnabam in hierosolymam ad petrum et iacobum et iohannem qui erant ibi. Qui gaussi sunt audito mandato domini vel spiritus sancti. et ieiunantes et orantes imposuerunt eis manus in modum ordinandorum. Utrum autem propter impositionem manuum aliam ordinis solemnitate circa eos celebrauerunt incertum est. Nec de ordinatione apostolorum aliquid legitur. vel quod dominus eis imposuerit manus. De petro tamen certum habet quod antiochie missam celebrauerit. Sed potuit apostolis pro ordinatione sufficere: quod dictum est eis a domino. Hoc facite in meam commemorationem. Et licet non interfuerit barnabas et paulus. tamen quod postea electi sunt ad apostolatum consilio spiritus sancti: forsitan in hoc cum alijs fuerit presbiter legiari. nec alia sollemnitas ordinationis circa eos celebrata est. Multi in primitiua ecclesia sine hac sollemnitate ordinationis ad sacerdotium promoti sunt. et multi laici sine diaconatu et praecedentibus ordinibus sacerdotes facti sunt. Et imponentes eis manus dimiserunt eos. Et ipsi qui dem missi a spiritu sancto eodem duce itineris qui separauerat eos a ceteris: abierunt seculum. et inde nauigauerunt cyprum. Et cum venissent salaminam predicabant verbum dei in synagogis iudeorum. propter reuerentiam sive duriciam eorum. et habebant secum in ministerio predicationis iohannem qui cognominabatur marcus.

Historia libri

Paulus et barnabas conuerterunt
Sergium proconsulem.
Capitulum. LXXI.

Et cum perambu-

lissent vniuersam insulam cyprum, scilicet usque paphum: inuenerunt quendam virum magni pseudo prophetam iudeum: cui nomen erat barten, qui erat cum sergio paulo viro prudente qui erat homo in agne dignitatis. Erat enim proconsul. Id est secundus a consule. Hic accersitis barnaba et paulo desiderabat audire verbum dei: tamen resistebat eis elimas magus. Et vide quia alterum est interpretatio alterius. Elimas enim interpretatur magus. et sic nomen commune maleficorum appropriatum est isti Saulus autem qui et paulus repletus spiritu sancto intuens eum dixit. Non plene omni dolo et omni fallacia, filii diaboli, inimice omnis iusticie. non desinis subuertere vias domini rectas. Nota quod dictum est saulus qui et paulus. Tradunt enim sancti quod a sergio paulo ad fidem conuerso: dictus est paulus. Unde hic primo fit mentio de nomine paulus: solus Origenes dicit, quia semper fuerit binomius dictus. scilicet saulus et paulus. Vel in apostolatus acceptio ne primo sortitus est hoc nomen. ut qui primo a saule persecutore dicebatur saul, de superbo factus humilis. pro saulo dicitur est paulus, quasi si modicus et humilis. Unde quasi nomen suum interpretando: dicit se minimum apostolorum. Videtur autem. xiiij. anno a passione domini. promotus ad apostolatam cum barnaba. et sortitus pauli vocabulum. et. xiiij. profectus est ad magistrum gentium. Cui satis ecclesiastica historia concordat. vbi legitur preceptum apostolis esse: ut post passionem per duosdecim annos predicarent in iudea. Tertio autem decimo anno ceperunt paulatim transire ad gentes. nondum tamen ex toto. postea omnino exierunt de finibus iudee: et nunc inquit. Ecce manus domini super te. id est vindicta dei exercabitur in te. Eris enim cecus lumine capitis: sicut cecus es lumine mentis. non visdens ad tempus solem materiale. quia non vides solem iusticie per fidem. Et confestim cecidit in eum caligo et tenebre. et cecutens id est in modum ceci in circumitu se vertens querebat qui manum ei daret ut duceret eum. Et statim proconsul visso miraculo credidit

amirras super doctrina domini.
De discessu iohannis ab eis.
Capitulum. LXXII.

Im autem a pa-

pulo nauigasset paulus et barnabas cum eo venerunt pergenitum civitatem paphum. et tunc iohannes discedens ab eis: reuersus est hierosolymam unde venerat cum eis. Et forte reprehensibilis fuit causa quare discessit ab eis. et hec fuit causa discordie inter paulum et barnabam: quod habebat inferius. Paulus vero et barnabas venerunt antiochiam perfidie: quod additum est ad differentiam alterius antiochie. que dicitur antiochia syrie. que olim dicebatur reblata: quam nos adhuc vocamus antiochiam. Et ingressi synagogam die sabbati sederunt quasi audiri legem: non predicaturi. Post lectionem autem legis et prophetarum dixerunt ad eos principes synagoge. Viri fratres: si quis est in vobis sermo exhortationis dicite.

De predicatione pauli et barnabe in synagoga.
Capitulum. LXXIII.

Urgens autem

paulus et manu silentium indicens aggressus est facere grande sermone inchoans ab altiori. Viri inquit israelite et qui timetis deum de gentibus audite. Deus plebis israel patres vestros elegit et exaltavit plebem cum essent incolae in egypto. seruantes in luto et latere: de qua eduxit eos in manu fortis. Et quadraginta annis sustinuit mores eorum in deserto. postea introduces eos in terram promissam. destruens septem gentes que habitabant in terra: sorte distribuit eis terram. quasi post quadringentos quinquaginta annos. Et intelligendum est a nativitate isaac usque ad exitum israel de egypto fluxerunt anni. quadringenti quinquaginta. Postea completis. xl. annis in deserto usque in terram chanaan diuisa est terra. A nativitate vero isaac usque ad diuisionem terre fluxerunt quadringenti. l. anni. Et post quadringentos. l. annos dedit dominus iudices populo suo. et tunc fuit populus dei sub iudicibus usque ad tempus samuelis. et exinde postularunt regem: et dedit eis saul. qui regnavit super eos. xl. annis computatis simul annis samuelis. Sic et habet in chronica hebreorum. Et eo sublato de

Actuum apostolorum

medio suscitauit eis dauid regē, cui testimo-
nium perhibens ait. Inuenit vltimū cor me-
um, ex cuius semine suscitauit deus iesum sal-
uatorē israel: cuius aduentus fuit preco lo-
annes

Adhuc de eodem.

Capitulum LXXXIII.

Viri inquit frēs

vobis specialiter verbis salutis huius missi
sum est. Qui enim habitant in hierusalem et
principes eius hunc ignorantes esse iesum,
ignorantes etiam voces prophetarum que per
omne sabbatum legunt, ad iudicantes eum mor-
tueas implenerunt nescientes. Deus vero susci-
tauit eum tertia die a mortuis, et vltimus est p-
rius dies his qui simul ascenderunt cum eo de
galilea in hierusalem: qui vsque nunc sunt testes
eius ad plebem. Et nos vobis annunciamus
ea que ad patres nostros repromissio facta
est, quoniam hanc deus adimpleuit filiis ve-
stris resuscitans iesum. Hoc igitur sit vobis
viri fratres: quia per hunc vobis remissio
peccatorum annunciat, ab omnibus, scilicet
peccatis, a quibus non potuistis in lege moy-
si iustificari. Qui credit in hunc iustificatur.
Videte ergo ne sitis contemptores ne ventat
super vos vindicta dei: que comminatur con-
temptribus in hunc modum. Videte con-
temptrorum et admiramini, et disperdimini, id
est, videntes admiramini, et disperdimini,
quia opus operorum in diebus vestris, quod non
credidistis, id est, incarnationis,
operabor in diebus vestris, id est, incarnationis,
Quare transierunt ad gentes.

Capitulum LXXXV.

Reuentibus autē

illis rogabat, ut sequenti sabba-
to loqueretur adhuc in synagoga
Et cum egredierentur de synagoga multi in-
deorum et aduenarum, id est, gentiliū vel in-
deorum dispersioeuentis secuti sunt pau-
lum et barnabam. Sequenti vero sabbato
pene vniuersa ciuitas conuenit ut audiret ver-
bum dei. Quod videntes iudei repleti sunt
zelo inuidie, quo commoti ceperunt contradis-
cere eis que dicebant a paulo blasphemantes.
Blasphemus enim est qui ex inuidia ob-

loquit veritati. Tunc repleti zelo dei paulus
et barnabas instantes discerunt. Vobis oportet
tebar primum loqui verbum dei, iuxta verbum
domini, dicentis. Non sum missus nisi ad oues
que perierunt domus israel. Sed quia repel-
litis illud et indignos vos facitis, ecce con-
uertimur ad gentes. Et nota, cum hoc lega-
tur hic dictum a paulo et barnaba in antiochia
perfidie que non in iudea est sed in greca, in
plerisque locis legitur dictum ab apostolis in
iudea scilicet cum vellent transire ad gentes
postquam per .xij. annos predicatum est in iudea.
Ecce non moueat te, quia potuit vobisque dis-
ci. Sic enim precepit nobis deus, posuit te in
lucem gentium ut sis eis in salutem vsque ad ex-
tremum terre. Et sunt in esata verba patris ad fi-
lium. Ac si diceret pater filio. Vili te post
tenebras infidelitatis vsque ad terminos terre
gentibus disseminares lucem veritatis. Sed cum
specialiter dictum sit christo, non est contrarium quod
hic legit dictum paulo, quia tanto est vnio ca-
pituli et membrorum, ut quod dictum est capiti
membra dictum reputent sibi, sicut caput christi
stus persecutionem membrorum reputat inflicta
sibi dicens. Saule saule quid me persequeris,
id est, in membris meis.

De recepta predicatione a gen-
tibus.

Capitulum LXXXVI.

Videntes autē

gentes mentionem de salute sua
gausse sunt, et glorificabant deum, et
crediderunt ex eis multi. Iudei tamen zelo et
inuidie succensi concitabant mulieres re-
ligiosas et primarios ciuitatis, et excitabant
persecutionem in paulum et barnabam, et ele-
cerunt eos de finibus suis. At illi excusso pul-
uere pedum, iuxta quod preceperat dominus
in testimonium illis, venerunt iconium. Et in-
gressi ciuitatem locuti sunt in synagoga, et cre-
didit copiosa multitudo iudeorum et greco-
rum. Et demorati sunt ibi multo tempore se-
ductaliter predicantes, domino predicatio-
nem eorum miraculis confirmate. Nonnulli
tamen de iudeis in incredulitate principes
suscitauerunt et ad iracundiam concitauerunt
animos gentium aduersus credentes. Et di-
uisa est ciuitas, quibusdam fauentibus iudeis
alijs fauentibus apostolis. Et cum factus esset impetus
gentiliū et iudeorum cum principibus suis ut contume-

Historia libri

lijis afficerent apostolos, et lapidaret, id est la-
pidibus fugarent eos, confugerunt ad ciuitatem
licaonie, scilicet listram et derben. Et cum hic
dictum sit venerunt listram, iuxta consequen-
tiam sermonis: in sequenti ubi dicitur Erat quor-
dam infirmus listris, potius dicens fuit
listre. Sed potest nomen ciuitatis multipli-
cem habere declinationem, ut dicitur listra
listre, vel listre listranum, vel listris indeclina-
bile. Unde sequitur, Et erat quidam vir lis-
tris, quod greco consonat ubi habet, pau-
lus et barnabas morabantur in listris. Erat
autem vir iste infirmus pedibus: claudus ex vte-
ro matris sue: et sedebat, quia nec ambulare
nec stare poterat, nec unquam ambulauerat, hic
audiuit paulum loquentem, Quem intulit pau-
lus et videns spiritu sancto renelante: quia habes
ret fidem ut saluus fieret, scilicet tantam que ad
salutem sufficeret. Vel videns quia se saluan-
dum crederet: dixit magna voce, In nomine do-
mini nostri iesu christi surge: et sta super pedes
tuos rectus, Et statim exiit et ambulabat,
Turbe autem cum viderent quod fecerat paulus: pu-
tabant ipsum et socium suum barnabam deos esse,
et in forma humana eis apparuisse, et leuaue-
runt vocem dicentes, Dii similes facti hominibus
descenderunt ad nos, et vocabant barna-
bam iouem, quia prior esse videbatur, paulum vero
mercurium quod semper iuxta eorum opinionem iouem
comitabatur: quod eloquens et litteratus fuisse tra-
dit, et facundiam hominibus prestare videbatur, Un-
de mercurius quasi medius currens inter aures
et linguas a latinis dicitur, a grecis vero hermes, id
est, interpretis dicitur. Sacerdos quoque iouis qui
erat in ciuitate voluit sacrificare barnabe et io-
ui, afferens tauros ad immolandum et coronas,
Vel ad ornandam faciem templi iuxta ritum
gentilium, vel ut capitis eorum imponeret
ad ornatum, aut pro aliqua alia causa vel re-
ligione nobis ignota, Ut autem audierunt pau-
lus et barnabas, quod diuinos honores vellent
eis exhibere, sciderunt vestimenta sua quod
semper faciebant iudei audita blasphemiam in
deum, et prohibuerunt sibi talia exhiberi, dis-
centes se esse homines mortales, qui potius
venerant ut eos reuocarent ab idolatria, et vit
sedauerunt turbas ne sibi immolarent.

De persecutione quam passi
sunt.

Capitulum LXXXVII,

Emozantibus au

tem eis et docentibus in listra super
venerunt ab iconio et antiochia
iudei, et ceteris turbis in persecutione pauli
lapidabant eum, et elegerunt eum quasi vile cada-
uer, estimantes eum esse mortuum. De qua lapida-
tione ad corinthios loquens ait, Semel
lapidatus sum, postea discipuli eius circum-
dederunt illum assistentes ei, et respirans, et nes-
scientibus iudeis reportauerunt eum in ciuita-
tem et conualuit, Et postera die profectus est cum
barnaba in derben, et predicauit ibi sicut fecerat
in listra, Postea redierunt per easdem ciui-
tates per quas illo venerant confirmantes fra-
tres in fide, et constituentes in magnis ciuita-
tibus presbyteros, id est, episcopos, quod eodem
nomen eodem nomine censebant, episcopi et pres-
byteri, Et proinde constituebant se episcopos, quod
erant migraturi et incerti vtrum ad eos venirent
plius reuersuri, Et cum redeuntes transiret list-
stram et iconium, venerunt ad antiochiam post
die, Et transientes per sidam venerunt in pam-
philiam regionem in qua est ciuitas pergeni,
qua locuti verbum dei descenderunt in italiam ci-
uitatem et, inde nauigauerunt antiochiam vnde
prius exierant: segregati a spiritu sancto ad pre-
dicationem euangelij.

De questione circumcisionis deter-
minata. Capitulum LXXXVIII,

Ubiq; venissent

antiochia et congregassent fideles an-
tiochenos reuelauerunt eis quanta fe-
cerat deus per eos in gentibus, et morati sunt ibi
non modico tempore cum discipulis Et dum ibi morati
faceret descenderunt quidam de iudea christianam
adhuc tamen iudeizantes, et fuerunt de secta phari-
seorum, Facta est ergo non minima seditio
inter eos et paulum et barnabam, quia predica-
bant fidem absque legalibus ad salutem non suffice-
re, Et consentiebant eis multi veteri consue-
tudine imbuti, Et statuerunt ut pro hac lite vtrius-
meda ascenderent in hierusalem ad maiores
apostolos, scilicet ad petrum et iacobum episcopos
hierosolymorum Et ascendit paulus cum
barnaba assumpto et rito, sicut ipse refert in episto-
la ad galatas, Et qui descenderant de iudea,
ascenderunt contra eos quidam scilicet de
heresi phariseorum ad fidem conuersi, Qui
cum venissent hierosolymam essent in preda

Actuum apostolorum

Actuum apostolorum petri et iacobi et seniorum: sur-
reperunt contra paulum et barnabam dicentes.
Oportet circumcidi fideles: et servare legem mo-
ysi. Et audita utriusque partis sententia conven-
erunt apostoli et seniores ut diceretur super hoc. et
post multam disceptationem inquisitionem factam
inter apostolos et seniores surgens petrus ratio-
nabiliter ostendit non esse imponendum fidelibus
iugum legis, quia ipse conversus erat per verbum
euangelii, et deus predicationem eius confirma-
verat fide mundanis corda eorum, et antequam
baptizarentur visibiliter mittens super eos spiri-
tum sanctum, nec indicens eis observantiam
legalium. Quid igitur inquit nunc tentatis im-
ponere iugum super cervicem discipulorum, quod
neque nos neque patres nostri portare potuimus?
Et statim ceperunt paulus et barnabas nar-
rare quanta signa et prodigia deus fecerat in
gentibus per eos. Et tacebat multitudo au-
diens eos.

De sermone iacobi fratris do-
mini.

Capitulum LXXXIX.

Et factum est silentio

locutus est iacobus adherens ver-
bo petri. Viri inquit fratres au-
dite me. Simon narrauit quemadmodum de-
primis visitavit gentes vocans eas ad fidem,
et testimonia prophetarum. Et inducitis tes-
timonijs diversorum prophetarum: auctori-
tate pontificali protulit diffinitivam senten-
tiam dicens. Propter quod ego iudico non in-
querari eos qui ex gentibus convertuntur ad
deum sed consulo ut dirigamus ad eos epis-
tolam ut abstineant se ab idolatriam fornicatione
et suffocato et sanguine. Idolatria scilicet
dem ex gentibus maxime pullulaverat. fornicatione
et suffocato et sanguine. Idolatria scilicet
etiam quasi naturale quoddam et nullius rea-
tus reputabatur inter gentes. Ideo specialiter
decreverunt apostoli prohiberi ista gentibus.
Erant etiam prout ad effundendum sangui-
nem. Consueverunt etiam bibere sanguines
imolatum dijs suis. Ideo specialiter prohibiti
sunt a sanguine effundendo et bibendo.
Quare autem ad litteram prohibuerint eis anti-
mal suffocatum, non est satis perspicuum. Et placuit
hoc consilium iacobi apostolis et senioribus.
Et communi consensu elegerunt viros per
quos mitterent epistolam cum paulo et barnaba

iudam scilicet et silam, et promissa est salutatio
in hunc modum.

De epistola missa conuersis ex gen-
tibus.

Capitulum LXXX.

Apostoli et seniores

ores fratres fratribus et gentibus con-
uersis salutem. Fuit autem post saluta-
tionem hic tertus epistola. Auditu est quod quidam de-
scendentes a iudea turbauerunt vos euertentes
animas vestras. volentes vestris impone-
re ceruicibus iugum legis. Ideo de communi con-
sensu decreuimus eligere viros et mittere ad
vos cum carissimis viris nostris paulo et bar-
naba. Assum est enim spiritus sanctus in nobis, ultra
tra nihil vobis imponere oneris, quam ut abstine-
atis ab imolatis simulacrorum a sanguine et suf-
focato et fornicatione: a quibus abstinentes be-
ne ageris. Valete.

Quomodo consolati sunt conuersos
ex gentibus.

Capitulum LXXXI.

Ascenderunt igitur

tur paulus et barnabas in antiochia
am et duo illi missi sunt cum eis. Cum
quod decessissent congregata multitudo tradidit
eis epistolam. Et audita consolatōe dingo legi non
imponedo sibi. gauisi sunt fratres de gentibus.
Judas autem et silas cum centum prophetis consolati sunt
eos, et multum confortauerunt in fide. Non est autem
hoc pretereundum, quia de prefato ascensu suo in
hierusalem per dirimenda lite pretaxata scribit
apostolus ad galatas in hunc modum. Deinde
de post annos, viginti, a conuersione mea ascendi
hierosolymam, cum barnaba assumpto et tito: et
contuli cum eis euangelium quod predicabo in gen-
tibus. Ex quo anno numero colligitur, quod eodem
anno quo paulus ascendit hierosolymam
scilicet, viginti, a conuersione sua, petrus ascendit iheros-
olimam, et eodem anno sedit in cathedra episcopi
pauli, in qua sedit, viginti, annis. Quattuordecim
anno, scilicet, viginti, reddidit. Vicesimo autem quin-
to anno a promissione beati petri in sede romana
nam, scilicet, ultimo anno neronis, passi sunt pe-
trus et paulus, et sic, viginti, anno a conuersione
pauli. Unde colligitur paulum ad fidem conuer-
sum eodem anno quo dominus passus est,
cum conister petrum et paulum, viginti, anno
a passione domini, qui fuit ultimus nec

ronis passos esse martyriū. Si aut legatur aliqui paulus conuersus ad fidem secō anno a passione domini. intelligendū est secō anno emergente: nō tamen eodem visuā sicut alibi determinatū est. Quartodecimo ergo anno a passioe domini. scilicet quarto anno claudij ascendit petrus rhomam. et sedit in cathedra episcopali decem annis sub claudio. qui regnauit. xiiij. annis. et nero post eū totidem annis.

Determinat quando sedit antiochiez quando rhome

Caplm. LXXXII.

Est autez que

Pri quo tēpore sederit petr^o in sede antiochena. Constat em̄ q^o sedit antiochie. viij. annis in sede episcopali. qd̄ necessario de. viij. illor^o et. xiiij. oportet intelligi. qui a passione dñi fluxerūt vsq^{ue} ad eius p^o motionē in sedē romanā. Post. viij. at annos quib^{us} sedit in sede antiochena. cōsilio domini de hierusalē ascendit romā. sed in ascensu transijt per antiochiam: vt cōfirmaret subditos suos in fide. Et vt habet in chronicis substituit eudochiū in sede antiochena. Et in h^o transitu per antiochiam redargutus est a paulo. quia comedens cū quibudā fratribus de iudea: timens eos molestare. discernebat cibos: et ita cogebat gētes iudeizare. Unde paulus ait. Cum venisset cephas antiochia in faciem ei restitit.

De causa dissensionis inter paulum et barnabam.

Caplm. LXXXIII.

Autem anno

E quo ascendit petrus d̄ antiochia rhomam paulo et barnaba antiochie remanētib^{us}. erat qdā pcurator in iudea q^o p^o violentiā sibi voluit vsurpare potestātē constituendi summū pontificē et mutandi p^o arbitrio suo. et vt posset summū sacerdotē vnū vel duos constituere eodem anno. Et videntes iudei q^o non possent ei resistere. petierunt ab eo licentiā cōsulendi claudium imperatorē rhomanor^o. vt eius voluntate hanc potestatem obtineret. alioquin desisteret et concessit eis. Et cum misissent nuncios rhomā. erat sibi agrippa fil^o herodis agrippe. quē pater decedēs in manu claudij dimiserat. Clau-

dus autē differebat eū mittere in iudeā tam q^o dñm. tū ppter seuitiā iudeor^o. tum ppter tenertudine etatis eius. Iste audiens q^o causa populi sui ageretur intercessit pro eis et obtinuit. Et rescripsit claudius pcuratori vt ab huiusmodi exactione desisteret. et desistit. Et rescripsit iudeis vt sup hoc gratias agerent agrippa ad cui^o intercessionē hoc obtinuerat et iudei significauerūt ei vt mitteret eis agrippam. et faceret eum tanq^o regem et dominū. ipse tamen adhuc distulit. Postea q^o quādo visum est ei misit eum in iudeā nō tamē redidit ei totam terrā patris qui totū regnū integre obtinuit. sed dedit ei galatidē regionem seyltra iordanem. terram duar^o tribuum. et dimidie tribus. et dedit ei potestātē cōstituendi summū sacerdotē in hierusalē parabitrio suo quaz negauerat pcuratori. Iste fuit agrippa. in cuius regnum secesserūt fidelis de iudea imminente excidio hierusalē. ab angelo premoniti. sicut habes super martheum. Sed nunc prosequamur d̄ paulo et barnaba qui adhuc demorabatur in antiochia euangelizantes x̄bū dei. et iudas abierat sila cum eis remanente. Post aliquor dies visū est eis cōmodum reuertī per ciuitates in quibus predicauerāt verbum dei. et visitare fratres et cōfirmare eos in fide. Barnabas autem voluit habere in comitatu suo ioannem qui cognominabatur marcus. Paulus autem noluit dicens. Non assumendū esse. quia in fronte aciei constitutus nimis trepide steterat. et quia timore mortis a p^odicacione desisterat. quādo scilicet a pamp^ophilia descēdens reuersus est in hierusalem. Idoc^o nō erat assumendus ad p^odicacionem. ne alios malo exēplo lederet. Et facta est dissensio. ita vt diceret ab inuicē. Et excusant eos sancti. q^o nō discesserunt odio cōmōti. sed a spiritū sancto ad hoc excitati vt diuisi pluribus locis p^odicarēt. et plures lucrificarēt. Barnabas autem assumpto marco nauigauit cyprum. Et eo autem q^o noluit d̄mittere eum perperit fuisse ei cognat^o. Legunt autē fuisse cōsobritinos. Paulus aut pfect^o est assumpto sila quē dñs ad hoc remanere fecerat vt ei cooperetur. et pambulabat syriā et ciliciā. Postea venit in derben et listram. vbi erat quidā cōbritanus nomine timotheus filius mulleris vnde vel iudee. natus de patre gentili. cui perhibebant testimonium religionis omnes s̄

Actuum apostolorum

deles qui erant iudaei. Hunc constituit paulus episcopus eorum, sed circumcidit eum pro tollendo scandalo iudeorum: ne scandalizarentur quod haberent episcopum incircumcisum, non quod legalia post veritatem euangelii essent necessaria, paulatim tamen non subito iudei erant tolerantia, et quasi cum honore mater sepelienda fuit. Postea eduxit secum paulus timotheum, et transientes per ciuitates precipiebat obseruari decreta apostolorum et seniorum qui erant in hierusalem: et ecclesie confirmabantur et multiplicabantur.

Quod prohibiti sunt apostoli ne irent quo volebant.

Capitulum LXXXIII.

Transientes autem

frigiam et galatiam regionem volentes ire in asiam minorem: prohibiti sunt a spiritu sancto qui sciebat corda hominum, quia tunc non essent credituri. Noluit ergo spiritus sanctus sanctum dari canibus, et impios de contemptu predicationis grauius damnari. Voluit etiam has puincias alijs apostolis reseruare, philippus namque et iohannes predicauerunt in asia minori. Lucas in bithynia a qua similiter a spiritu sancto sunt prohibiti, et ita due cause redduntur quare prohibiti sunt ab huiusmodi puincijs. Ut ne sanctum daretur canibus, vel quia destinati erant a spiritu sancto alijs apostolis, asia minor iohanni bithynia. Luce Origenes ubi agit de puincijs et de decimis dandis sacerdotibus reddit tertiam causam. Dicit enim quod deus prouidens seruis suis alimoniam corporalem: ab huiusmodi puincijs discipulos propter famem prohibuit, propter illam scilicet maximam famem in qua helena sustentauit fratres pauperes qui erant in hierusalem, que facta est quarto anno claudij. Nec fuit hec helena mater constantini, sed regina abigenorum, cuius anno re captus est rex abigenorum, et ea in yroez accepit et concepit ex eo. Et cum nocte dormiret cum ea, et posuisset manum suam super vterum pregnantis, audita est ab eo vox in hunc modum, Cide ne ledas puerum, quia magnus futurus est in mundo. Et audita voce huiusmodi: stupefactus dixit hoc proxi sue. Postea puerum natum cum summa diligentia nutrierunt, et mortuo patre puer factus est rex, et commendat iste in muliere. Et hec est causa comendationis, quia audientes unum deum colere iudeis: coluit eundem, et suscepit circumcisionem et ritus iudeorum. Huius mater helena veniens hierusalem inuenit fratres fideles in hierusalem inedia laborantes quod erat tempus famis, et emit granum vnde quatuor, quia attulerat argenti copiam ad emendum, et sustentauit fratres qui erant in hierusalem. Et cum adhuc esset in iudea, nunciatum est ei quod mortuus esset filius eius et statim redijt et fecit extra hunc cadaver de sepulcro, et repositum in iudeam, et fecit non longe a hierusalem extrui duo mausolea, et in altero repositum corpus filij, et precepit cum mortua esset in altero corpus suum reponi, et sic factum est, et adhuc apparent vestigia mausoleorum, et putant multi decem pro: esse mausoleum helene matris constantini.

De visione que apparuit paulo nocte.

De visione que apparuit paulo nocte.

Capitulum LXXXV.

Quoq; pertransiit

sent missam paulus et socij eius: venerunt troadem, et ostensa est paulo visio per noctem. Apparuit ei vir macedo id est, angelus illius gentis assimilatus viro macedoni: proprietate lingue vel forma speciali, stans et deprecans eum et dicens, Transiens in macedoniam adiuua nos. Et hoc verbum videtur fuisse homo non angelus. Non enim egent angeli auxilio nisi dei. Sed habuit angelus assumptam personam macedonum. Et autem visum vidit statim quesitum, proficisci in macedoniam: certi facti quod vocassent nos deus euangelizare eis. Et nota quod dictus est quesitum. Hic enim primo ostendit lucas se comitem fuisse pauli, forte et nunc primo adhesit ei, vnde nusquam in precedenti ait ventum, sed vbiq; venerunt, et similia. Hic autem primo comisciscit se socijs pauli, vide quoque quod vbi dicitur erat vir macedo stans. Super hoc verbo stans glosa habet modica. Angeli semper stare dicuntur. Cui plerique adherentes, in antiphona pascali sedit angelus, emendant, stetit angelus, sed errant. Intelligentus est semper in hoc libro, cum legantur in euangelio angeli sedit ad monumentum. Nauigantes autem a troade recto cursu venimus samothraciam et sequenti die philippis: que est prima ciuitas macedonie, id est venientibus a mari prima occurrit, et erat colonia. Dicitur autem

colonia ciuitas illa que defectu indigenarū nouis cultoribz implet. Un̄ z colonia quā si a nouis cultoribz d̄r. Fuimus em̄ ibi p̄ di es aliquot. z die sabbatoz egressi sumus ex tra portam iuxta flumē vbi videbat esse lo cus congruus orationi. id est locutioni v̄l sup plicationi. Orare namq; accipit̄ p̄ perorare z pro supplicare.

Accepti sunt a muliere purpuraria,
Capitulum. LXXXVI.

Et sedētes loque

e batur mulieribz q̄ conuenerāt Et mulier quedā lidda nomine. pur puraria ciuitas t̄tirenorū audiebat nos lo quentes. Potest aut̄ intelligi purpuraria q̄ si vtens purpura. quia totan erat d̄ regio se mine. Vel pot̄ purpuraria: qz t̄tirit̄ pur pure. vel qz v̄debat purpurā. Cū aut̄ bapti zata esset z domus eius tota. dep̄cata ē nos dicēs. Si iudicatis me fidelē introite in do mū meā: z manete mecum. Et itraim̄ coacti. Adhuc ei abhorrebāt intrare domos gen tilium p̄ vitando scandalo iudeoz.

De spiritu phitonico a puella eiecto,

Capitulum. LXXXVII.

Sicrum est autēz

f ereuntibz nob ad orationē: vt ob utaret nob quedā puella habens spiritū phitoniciū. Potest aut̄ intelligi phit onissa. vel p̄ spirituz phitoniciū operās arte magica: v̄l spiritu phitonico verata. His em̄ duobz modis accipit̄ in sacra sc̄ptura h̄ no men. vel phitonissa dicit̄ que p̄ spiritū phito niciū suscitationē mortuoz operat̄ arte magi ca. vt que ad petitionē saulis ab inferis voca uit animā samuelis. vel potius p̄ ea spirituz imundū. Hec aut̄ species arts magice ab a polline phitone inuenta est z ab eius cogno mine cognominata est. Dicit̄ em̄ phitonissa que a spū phitonico possidet. z ea v̄t̄ quā si organo suo ad diuinandū. q̄lter hic pot̄ us videt̄ accipi. Et erat questuosa dominis suis. qz mltū p̄cipiebāt emolimentū ex diui natione ipsius. Hec subsecuta paulū et socios eius clamabat dicēs. Isti homines sunt ser uū dei excelsi. qui annunciat̄ nobis viāz salu tis. Et sic clamabat multis diebz. forte p̄ bo num nature v̄l pot̄ spū sancto spiritū phito nicum vt per eā vez loqueret̄ v̄rgente. Lon

uersus autē paulus ip̄a post eū clamante. d̄ xit̄ spiritū imundol. Precipio tibi in nomine iesu ch̄ri exi ab ea. Et exiit ab ea qz indignus erat vt verbū euāgelij p̄ eam spiritus mēd̄ar annunciat̄. Vidētes aut̄ hoc dñi eius sciē tes quā maximū inde fumerent incōmodij apprehēderūt silā z paulū. z duxerūt eos ad forum ad p̄ncipes. z offerētes eos magistratibus dixerūt. Isti homines p̄turbāt ciuitatē nostrā. cū sint iudei p̄dicantes nouā q̄m dam religionē. quā nō licet nob suscipere cū simus rhomani. Jā ei decretū erat a rhoma nis: vt nullus deus de nouo coleret̄ nisi ap̄ probate senatus. Et cucurrūt plebs aduersus eos z magistratus. et scissis eoz tunicis sus serunt eos v̄rgis cedi. z flagellatos miserūt in carcerem: precipientes custodi vt diligen ter custodiret eos. Qui a cepto mādato misit eos in carcerem interiorē. pedes eorum stringens ligno.

De terremoto vnde aperta sunt ostia carceris.

Capitulum. LXXXVIII.

Edia autē nocte

m paulus z silas decābat̄ byz mnos. z orātes laudabāt̄ dñū

Et dū media nocte orarent subito factus est terremoto. q̄ scz terremoto om̄ia fundamēta carceris cōmota sunt. ostia aperta. vincula omniū q̄ erant in carcere rupta. nō solum pauli z silē sed z alioz. Exp̄gefactus est autē custos carceris. z vidēs ianuas carceris ap̄tas. euaginato gladio volebat se interficere. autumans om̄es incarceratos aufugisse. Et cū esset paulus in medio carceris tenebrosi. vidēs hoc in spiritu exclamauit. Nihil tibi facias mali. Uniuerſi ei quos custo diebas h̄c sumus. Sciebat em̄ q̄ tunc volebat sibi manū inijcere. quia putabat oēs in carceratos aufugisse. z petito lumine a ministris in trogressus est custos carceris. z tremefactus tum p̄ his que facta fuerant in terremoto. quia intellexerat paulus q̄ se vellet interficere. procidit̄ paulo z silē ad pedes. z educens eos d̄ carcere ait. Quid me dñi oportet face re vt saluus fiam. Ad quē illi. Crede i domi nū iesum. z saluus eris tu z domus tua tota. Et locuti sunt ei verbū domini. z omnibus qui erant in domo eius. z tollens eos in illa hora lauit plagas eoz. z baptizatus est. z sic

Actuum apostolorum

laute et lotus est

Quomodo a magistratibus sunt dimissi.

Ca. LXXXIX

Unqz perdu

domū suam, appositus eis mensa et letatus est cū omni domo sua credens in deū. Et cū dies factus esset miserunt magistratus nūcios ad custodes carceris dicentes. Dimittite homines illos tanq̄ despectos. Dimittēbant autē illos ne plures crederent, quā tā innotuerat eis miraculū. Et nūc clauit custos carceris verba hec paulo. Viserunt magistratus vt dimittamini. Nūc igitur exiētes ite in pace. Ad quē paulus Viserunt nos in carcerē flagellatos publice, licet indēmnatos homines romanos, id ē, romano imperio subiectionē censurā p̄fessos, et libertate romana donatos, et nūc occulte nos eieciūt. Nō sic,

vt sicut in eos publica fuit manuū inuictio, ita et publica fiat eiectio.

Ut sicut in eos publicā fuit manuū inuictio, ita et publica fiat eiectio. Et veniētes eduxerunt eos, et rogabāt vt egredere de urbe. Et exeuntes transferunt p̄ liddā et iussis fratribus consolati sunt eos, et inde p̄fecti venerunt thessalonica vbi erat synagoga iudeorū. Paulus autē vt consueverat introiit synagogam, et p̄ tria sabbata disseruit eis de scripturis: predicās christū mortuū et resurrexisse. Et crediderūt aliqui ex eis, et ad iuncti sunt paulo et silē et mulieres nō pauce et de proselitā et gētibz multitudo magna. Zelātes autē iudei et assumētes quosdam malos de vulgo concitauerunt ciuitates aduersus eos.

Quinidā iudeorū iason accusatus est.

Ca. XC.

Veniētes in

domū iasonis apud quē hospitiati fuerāt, querebāt eos p̄ducere in populū, et nō inueniētes eis putantes eos a iasone fuisse occultatos, traxerūt iasonē et quosdam fratres ad principes ciuitatis dicentes. Isti sunt qui urbem concitant quos suscepit iason et ipsi suscipientes eos faciūt cōtra de-

creta cesaris, regem alterorū dicētes esse q̄ cesares, et concitauerūt principes aduersus eos. Et accepta satisfatione a iasone et ceteris dimisit eos. Forte iason et alij frēs negauerūt se suscepisse eos, et si cōfessi sunt satisfecerūt, p̄ noctē dimiserūt paulū et silā in beroen. Et introierūt in synagogā iudeorū, et p̄dicauerūt ibi et multi de beroen sibi crediderūt et mulieres honeste nō pauce.

Quid paulus athenis fecerit.

Capitulum. XCII.

Audierunt iu

dei quē erat thessalonice, quā a paulo p̄dicaret verbum dei in beroe et venerunt illuc concitantes multitudinē. Et statim dimiserunt paulū fratres vt iret vsqz ad mare, quia magis p̄sequerentur eum in dei eo quod esset durus verbi. Silas autē et timotheus remanserunt ibi. Qui autē deducebāt paulū perduxerunt eū vsqz ad athenas, et vbi dēs ciuitatē idolatrie deditā: cito remisit ad timotheū et silam vt venirent ad eum, et venerunt. Et disputabant cū paulo epicurei, qui ponebāt felicitatem hominis in sola corporis voluptate, et stoici qui in sola animi virtute. Et inter se dissentientes, in impugnatione apostoli vnanimiter consentiebant dicentes. Quid vult seminare iste dicere. Vere paulus seminator verborū erat sed messor morū, de huiusmodi messione expectans vberē fructum. Alij autē dicebant. Nouorū demoniorum videt annunciator esse. Et apprehensum duxerunt ad artopagū, id est ad vicū martis in quo sepe erat templū martis, quia athenenses singulos vicos denominauerūt a dijs quos colebant, vt vicū in quo colebāt mars vocabant artopagū, quia artoth dicitur mars. Vbi cum in quo colebāt pan, vocabant panopagus, et ita a singulis dijs singulos vicos denominabāt. Erat autē vicus excellentior artopagus, quia ibi erat curia magistratū, et schola liberalium artium.

De ara ignoti dei.

Capitulum. XCIII.

Cū esset paulus

in p̄sentia philo sophorū dicebat, Nona quedā infers auribus nostris. Possū scire que est hec noua doctrina, quod posses rationē reddere sup̄ his

que dicit Stas ergo paulus i medio arto
pagi ait Viri athenienses per omnia iudico
vos supstitiosos. Prateres enim vidi sumu
lacia vestra. Inter cetera aut inuent arā cu
tus supscriptio erat hec. ignoto deo, vl' igno
ti dei. Ac si dicat. Hec ara dedicata est igno
to deo. Singulis em aris supponebat titu
lus, indicans cui essent dedicate. Dunc inqt
deum ignoti cui hanc aram cosecrauit ego
annūcio vobis Hic est deus qui fecit mun
dū et oia q̄ in eo sūt, in q̄ viuim⁹ mouemur z
sum⁹. Quō aut hec ara illi deo ignoto p̄seca
ta est, historia actuū aploz nō p̄sequit, ideo
nostrū est hoc supplere, scz dicere.

¶ Philosophi athenienses dixerūt
deum nature pati.

Caplm. XCIII.

De enim domi

D nice passiois philosophi qui
athenis erāt vidētes tenebras
factas sup vniuersaz supficie tre, nō potue
rūt causam eaz inuenire i naturalibz causis.
Tandē ad hoc induci sunt vt dicerent quia
deus nature patiebat. Et dixerūt athenienses
Constituam⁹ aram illi deo, z dedicata ē ara
et supposit⁹ est titul⁹ Ignoto deo. Et cū vel
lēt offerre holocausta z victimas illi dō igno
to, dixerūt philosophi. Bonoz nostroz nō
eget, sed facietis genusseriones ante arā et
et supplicabitis ei, quia nō querit oblationē
pecoz, sed deuotionē animoz. Hunc deum
ignotū annūciavit eis paulus, asserens euz
mortuū fuisse, resurrexisse et ascēdisse in celū
in fine orbem iudicaturū. Et cū predicaret re
surrectionē mortuoz, quidā irridebant. Qui
dam autē nec respuebat nec recipiebāt dice
tes. Audiem⁹ te de hoc iterū. Et eruit pau
lus de medio eoz, et quidā adherētes ei cre
diderūt. Inter quos fuit dionys⁹ artopagis
ta, quē postea ordinauit apls episcopus co
rinthioz. Cuius p̄uersionis modū quia p̄e
termittit historia actuū apostolorum nostrū
est supplere.

De Dionysio artopagita,

Caplm. XCIII.

De Dionysius

I magister erat i artopago, z quāuis
ad exhortationē pauli d̄ facili credi
derit, tamen nō nisi post longā disceptatōez

pauli p̄fessus est se credere. Sz post multaz
disceptationē, dū adhuc cū paulo discepta
ret, forte transijt cecus per viam corā eis. Et
statim ait dionysius paulo St dixeris huic
ceco in noie dei tui vide, et viderit, ego stari
credā. Sed ne yraris verbis magicis, qz for
te nosti vba que habeāt hmoi efficaciaz ego
p̄scribā tibi formā vbi boz, hac inquit for
ma verboz dices et. In nomine iesu ch̄risti
nati de p̄gine crucifixi, mortui, qui resurre
xit et ascendit in celū vide. Et vt omis colle
ret suspicio p̄cepit paul⁹ dionysio vt ipe eaz
dem verba p̄ferret. Et in ea forma verboz
dixit dionys⁹ ceco vt videret, et statim vidit.
Et dionysius cosefessus est se credere. Et cū p̄di
casset paulus athenis et multos p̄uertisset ve
nit corinthū, et ibi inuenit quendā iudeū no
mine aquilā cū vxore eius priscilla, quos se
pe p̄memorat apls, vbi salutat amicos suos.
Isti nup venerunt de italia iudeis omnibz
ex edicto claudij impatoris de regno et p̄
re compulsis, eo qz vxorē eius agrippinā p̄
nimia familiaritate quā habebat cū eis ado
traxerat ad ritus suos vt iam iudeizaret. Et
hospitatus est paulus apud aquilā z priscil
lam, eo qz eandē artem exercebant quaz i ipe
cōsueuerat exercere, de p̄prio labore manūz
sibi victū adquirens, scz artem scenofactoriaz.
Facebāt em tentoria siue papilliones q̄ ne
cessaria erant indigētis terre p̄pter immoder
tum calorem vel cōmeantibz. Et dicat⁹
scenofactoria a scenos quod interpretat⁹ sym
bra, vel fm alios a scer⁹ os qd̄ interpretat⁹ fur
nis. Erant em funicularij, Et cum venisset
filas z timotheus de macedonia vbi dimise
rat eos, predicabat paulus instanter verbū
euāgelij coadiuuantibz illis. Et v̄lspenden
tibus iudeis predicationē, iuxta qd̄ p̄cepit
rat dominus excussit puluere de pedibz in te
stimonij dicens illis. Mundus sum a san
guine vestro, qz quantū in me fuit volui vos
reuocare ab impietate vestra. Sed qz p̄ter
naces estis transeo ad gētes. Et migrās ipe
de transijt ad domū cuiusdā gentilis nomi
nati, cui⁹ dom⁹ erat coniuncta synagoga. P̄ter
est intelligendum h̄ de Tito, cui apostolus
epl̄as scripsit qui eius fuit discipulus, quem
etiam cretensem ep̄m ordinauit. Et p̄uersionis
ē crispus archisynagogus cū vniuersa fami
lia sua, ille scz de quo apostolus ait scribens
ad corinthios, Gratias ago deo meo, qz ne

Actuum apostolorum

minē et vobis baptizauit nisi crispum et galium
Et multi corinthiorum audientes conversionē
eius crediderunt et baptizati sunt. Et apparuit
dñs paulo p visionē dicens Noli timere
sed loquere et ne taceas, quia ego tecum sum,
et nemo apponet manū vt noceat tibi, et fuit
ibi per annū et sex menses.

Quidē concitauerūt gallionē
in paulū.

Capitulum, XCIV.

Resurrexerunt

ergo vniuersimodē iudei in paulū
traxerūt eū ad presentiam gallio-
nis qui erat procurator achate regionis, in qua
erat corinthus. Et accusauerūt eum q̄ p̄tra
legem p̄dicaret, et locut⁹ ē gallio ad eos. Si
argueretis hominē istū d̄ aliquo scelere ma-
nifesto, sup eum iudicarem. Sed quia dīce-
ratio est de lege vestra nō curo iudicare. Et
vidētes gentiles q̄ nō faueret procurator par-
ti iudeorū, coram eo apprehenderūt softhenes
principem synagoge, et percutiebāt eū, et nihil
horum erat cure procuratori. Paulus autē eorū
adhuc sustinuit in dies multos, et esset in cē-
cris, qui et portus corinthi ascensurus nauē
vt nauigio veniret in syriam, torondit comā
quā nutrierat, quia fuerat nazareus et voto
Nazarei em̄ ad temp⁹ ex voto comā nutrie-
bat, et p̄pleto tpe voti radebant, et in ignē sa-
crificij ponebant. Quidā codices habent to-
rondit. Vñ quidā hoc referūt ad aqlas et
priscilla. S3 augustin⁹ et hieronym⁹ ad pau-
lum hoc referunt.

Paulus disputabat ephesi con-
tra iudeos.

Capitulum, XCVI.

Venit paulus

in syriam ducēs secū aquila et p̄-
scillam. Et cū venisset ephesus
ingressus synagogā disputauit cū iudeis. Et
rogātis illis vt cū eis ampl⁹ remaneret nō
consensit. Sed valefaciens fratrib⁹ p̄fectus
est ab epheso dimittēs sibi aquilā et priscillā
et ipse pambulauit galatiā et frigiā cōfirmā-
do fratres. Et cū essent ephesi aquila et pri-
scilla, venit ephesum quidā iudeus nomine
apollo alexandrinus genere, vir facund⁹ et
peritus in scripturis. Iste baptizatus erat
baptismo iohannis, et iam credebat ch̄m

esse messiam in lege pmissum, et recte sentie-
bat de patre et filio, s3 nihil adhuc audierat
de sp̄itū sancto. Et cū videret aquila et priscilla
la fiducialiter p̄dicantē, assumpserūt eū, et di-
ligentius exposuerūt ei vñū deū. Vtrū autē
baptizauerint eū baptismo ch̄isti nō legim⁹.
Cū autē apollo vellet redire corinthū, aqla
et priscilla et ceteri fideles q̄ erāt ephesi scri-
pserūt fidelibus qui erāt corinthi vt susciperēt
eū, nec abhorrerēt eū tanq̄ iudeū. Et cū ve-
nisset corinthū, multū cōtulit fratrib⁹ q̄ erāt
corinthi. Vehementer em̄ iudeos quincebat
vñ multū cōfirmati sunt fratres.

Quomodo baptizati sunt qui baptisma
Ioannis acceperant.

Capitulum, XCVII.

Actum est autē

f cū apollo esset corinthi, vt pau-
l⁹ pagrat⁹ superioribus p̄tib⁹ venis-
set ephesus, et inueniret quosdā discipulos a
ioanne baptizatos, nondū tñ p̄firmatos, qz
p̄ baptismū nō acceperāt manū impositionē
et interrogauit eos, Acceperāt ne sp̄m̄ sanctū
credētes, i. manū impositionē q̄ dat sp̄m̄
sanctū. Ad quē illi, Sed nec de sp̄s̄cto mē-
tionē audiuim⁹. Ad quē ille, Nō sufficit ba-
ptismus iohannis. Et statim baptizati sunt i
noīe dñi iesu ch̄i. Et cū imposuisset eis ma-
n⁹ post baptismū acceperūt sp̄m̄ sanctū, et lo-
q̄bant varijs linguis. Et quidā eorū p̄pheta-
bat p̄dicētes futura. Erant autē oēs fere, tñ,
forte, xj, xl, xij, erāt, et appositū fere ad tēpe-
ramētū. Et p̄dicauit ibi paul⁹ ap̄l⁹ cū fidu-
cia p̄ tres mēses, disputās et suadēs d̄ regno
d̄i. Et q̄ p̄t⁹ phibit⁹ fuerat a sp̄s̄cto p̄dica-
re in asia minori, nūc eodē sp̄s̄cto inspirans
te p̄dicabat ephesi. Et q̄ p̄t⁹ q̄ admirāda sūt
iudicia dei. Cū autē p̄dicaret ephesi q̄daz ob-
stinati et incredulitate pertinaces maledicebāt
doctrinē eius corā multitudīe. Discedēs autē
ab eis segregauit secū discipulos, disputās i
schola cuiusdā tyrānti, in nobis, vl̄ forte nomē
p̄tū est illi⁹ a quo p̄duxerat domū, in qua
docebat discipulos suos, tanq̄ regēs scholas,
et h̄ fecit p̄ biennū. Et in eodē biennio scripsit
ep̄lam primā ad corinthios. Et faciebat de⁹
magnas et multas virtutes p̄ man⁹ ei⁹, ita vt
sanarent languidi quibus supponebant semē-
cincia. Dicunt autē semēcincia vestes tantū ab
vno latere p̄dentes, vl̄ quedā zone, vl̄ que

Historia libri

dam capitulis ornamenta, vel quoddam genus sudarii quo hebrei utuntur, quo laborantium sudor abstergitur.

De potestate nominis iesu.

Caplm. XCVM.

Adentes autez

quodam exorciste qui ad innocentes nominis iesu paulus eijceret demones excoitauerunt uti eadem forma verbo rum ad electionem demonis, quia licet per exorcismos salomonis demones eijceret, non tamen absque labore multo sed quibusdam herbis et gemis adhibitis, ut tradit iosephus. Et ergo facilius eijcerent demones, adiurabant eos in hunc modum. Aduro vos per iesum quem paulus predicat, et sic exibat demones ab obsessis. Erant autem septem filii sceue principis sacerdotum qui precipue adiurabant demones in hunc modum. Et dum quadam die adiuraret demonem ut exiret de corpore obsessi respondit eis demon, Iesum noui et Paulum noui, sed vos qui estis. Et insillens in eos: spera uis eos. Et increpuit fama per uniuersam regionem, et incussus est timor omnibus exorcistis et magis, ut non auderent amplius in hunc modum demones adiurare. Et congregati sunt omnes magi qui per artem magicam imperabant demonibus, et combusserunt libros suos ante pedes pauli. Postea paulus proposuit ire hierosolimam et inde romam. Premisit autem timotheum et erastum in macedoniam, ad preparandas collectas quas erat delaturus in hierosolimam. Ipse autem ad tempus remansit in asia minorum.

De tumultu excitato per demetrium

Caplm. XCIX.

Facta est in te

tempore illo turbatio magna in epheso. Demetrius enim argentarius (qui faciebat edes et imagines argenteas diuinae) conuocauit operis eiusdem artifices, et locus est eis in hunc modum. Scitis quia de huiusmodi artificio multum nobis lucrum comparamus? Paulus autem predicat non esse deos manus factos. Si ergo inualuerit eius doctrina nihil amplius lucrabimur, et etiam templum magne diuinae pro nihilo reputabitur, et maiestas eius destruetur quam ueneratur uniuersus or-

bis et statim ira repleti clamauerunt unanimitate discurrentes per ciuitatem. Magna diuina ephesiorum. Et raptus gaio et aristarco socii pauli contraxerunt eos in theatrum, spectaculum scilicet in quo rei puniebantur. Et cum paulus hoc audiret uellet venire in theatrum non formidans se morti obijcere, diffusum est a quibusdam amicis suis propter conuentus populi. Postquam autem cessauit tumultus, uocatis paulus discipulis exhortatus est eos, et ualefaciens eis profectus est in macedoniam et inde athenas. Ubi cum fuisset tribus mensibus posite sunt ei insidiae a iudeis in syriam nauigaturo, scientibus quod deferret collectas. Olim cum esset uacuius uia tor non propositurus illi insidias. Habuit igitur filium ut reuertentem in macedoniam, ut ita uideret insidias. Quaedam enim de sociis eius profecti sunt recta uia. Et precedentes nos dicit lucas sustinuerunt nos troade per circuitum uenientes. Nos pro nauigauimus post dies azymorum philippiis quae prima ciuitas macedoniae, et in quinque diebus uenimus troadem ubi demorati sumus septem diebus. Una autem sabbati cum pendinarem, disputabat paulus cum eis in crastino profecturus, et praeparat sermonem in media nocte et erant lapades copiose in cenaculo ubi congregati eramus.

De mortuo resuscitato a paulo.

Caplm. C.

Cum sederet qui

dam adolescens super fenestram et grauaretur somno cecidit de tertio cenaculo deorsum, et sublatus de terra oblatus est paulo mortuus, et dicebat eum. Ad quem cum descendisset paulus incubuit super eum et complexus eum ait. Nolite turbari. Anima enim ipsius in eo est adhuc. Uocauit autem ut tolleretur desperationem ab eis. Simile uerbo uisus est dominus dicens. Puella non est mortua sed dormit. Et suscitatus est adolescens et quastantibus et confortatus est. Sic inter praeparationem occurrat occasio curatiois ut ostensione miraculi firmaret doctrina pauli, et ut artius infingeret eorum mentibus memoria magistrum ab eis discessuri. Nos autem ascendentes dicit lucas nauigauimus iassonem ut ibi expectarem paulum, sic enim disposuerat ipse per terram interim iter facturus. Et cum redisset ad nos, assumpto eo uenimus milerum. Per-

Actuum apostolorum

posuerat et paulus in trāstū nauigare ephesum. moram non facturū. Festinauit em̄ si possibile esset vt in die pentecostes esset hierosolymis. A milieto tamē nō nauigauit sed misit ephesuz, et vocauit maiores ecclesie. Et vocati venerunt milietum. et exhortat̄ ē eos dicens se ascendere hierosolymā. Ecce inquit alligat̄ spiritu. id est. spiritu sancto. ad id me coartante vado in hierusalē. que vctura ibi mihi sunt ignorans. licet spiritus sanctus mihi per alios protestetur. quia vincula et tribulationes me ibi manēt. Alijs enim reuelauerat spiritus sanctus de ipso quod non ip̄i. Sed nihil inquit horum vereor. nec facio animā meam. id est. vitā temporalē. preciosiorē q̄ me. id est. q̄ animā meam. dummodo cōsummam domino iesu testificari euangeliz gratiē det. Et nunc ecce scio quia amplius nō videbitis faciē meam. Et post multam exhortationem positis gentibus vna cū omnibus illis orauit. Et procumbentes sup colūm pauli stentes osculabantur euz. dolentes maxime de eo q̄ dixerat. quoniam faciē eius non erant amplius visuri. et deduxerūt cum vsq̄ ad nauem. Et abstracti ab eis trāscentes multas vrbes et regiones venim̄ tyrum. vbi mansimus. vii. diebus. Inuent̄ ibi discipulis quibusdam per spirituz propheti cum paulo predicentibus. que illi euentura erant in hierusalem. et dissuadentib̄ ne ascēderet. Postea profecti sumus deducētib̄ nos omnibus cum vxoribus et filijs vsq̄ foras ciuitatem. Et valefacientes eis ascendimus nauem. Illi autē redierūt in sua. Nos autē ascendimus p̄tholomaidem. et salutari fratrib̄ mansimus cū eis vna die.

De hoc quod agabus paulo predicat.

Capitulum. CII.

Altera autē die

venim̄ cesaream. et introiim̄ domuz philippi diaconi. Huc erāt quatuor filie p̄gines prophetisse predicētes paulo quod erat ei euenturū in hierusalem. Et euz moraremur ibi per aliquot dies superuenit p̄pheta de iudea nomine agabus. Qui cum venisset ad nos tulit zonam pauli et ligās sibi man̄ et pedes. ait Hec dicit spiritus sanctus. Virum cuius est hec zona sic al-

ligabunt in hierusalem iudei. et tradēt ī manus gentium. Hec audientes rogabam̄ nos et qui erant loci illius. vt nō ascenderet in hierusalem. Et respōdit. Quid stētis affligētes cor meū. Ego enim non solum alligari sed etiam mori in hierusalem paratus sum propter nomen dñi iesu christi. Et cum nō possemus ei dissuadere quicquid diceret. Domini fiat voluntas. Postea preparari ascendimus hierusalem. et nonnulli de discipulis qui erant in cesarea nobiscum. adducētes iasonem hospitem nostruz. Et cum venissem̄ hierusalem libenter exceperunt nos fratres. Sequenti autē die introiuit paulus nobiscuz ad iacobuz qui erat episcopus hierosolymorum. de quo dicit beda super hunc locum. q̄ xxx. annis rexit ecclesiā hierosolymitarum. scilicet vsq̄ ad. vii. annum neronis. qui fuit iosephum excerebratus est partica fullonis. Beda dicit q̄ precipitatus est de tēplo. Alii leguntur lapidat̄. Et potuit esse. quia post q̄ precipitauerunt cum lapidauerunt cum quasi vile cadauer. Sed cū beda dicat mortuū iacobū septimo anno neronis. palā est nō esse autenticū quod legitur ī epistola clementis. qui iuxta tenorē illi epistole dicit si bi esse mādatū a petro. cui successit ī apostolatu. vt post eius mortē iacobo episcopo epistolae destinaret. vt ab eo instrueret. S; cū iacobus episcopus mortuus sit septimo anno neronis. et petrus vixerit vsq̄ ad. xliiij. cōstat hoc nihil esse.

De hoc quod obtulit de cōsilio fm legem.

Capitulum. CIII.

Im̄ autē intras

set paulus ad iacobū: collecti sūt seniores. Quib̄ salutatis narrabat per singula que et quanta fecerat de gentibus per eius ministeriū. Qui cū audissent magnificabant deum. et dixerunt paulo. Vides frater quot milia sunt in iudeis q̄ crediderūt. Omnes tamen adhuc sunt emulatores legis volentes pariter euz fide suscepta obseruare legalia. et audierūt de te q̄ p̄dices abolitiones legis. et eis odibilis factus es quasi destructor legis moysi. Cōueniet igitur multitudo audiens te superuenisse. Unde consulimus tibi vt sanctifices te fm legē. cū iij. qui habent votum sup se. vt sic appareat.

Historia libri

falsa opinio, que increpuit de te. Et statuerunt de eius consensu vt iudeis ad fidem conuersis non prohiberet observatio legalium, dum taxat ne ponerent spem in eis. Et distingue quattuor synodos i primitiua ecclesia hierosolymis celebratas. Primam de substituto ne matthee loco iude. Secundam de electione, vii, diaconorum. Tertia de legalibus qua statutum est conuersis ad fidem ex gentibus non esse imponendum onus legalium, quando ascenderunt paulus et barnabas de antiochia in hierusalem. Quartam de qua hic agitur, qua statutum est non prohiberi iud eos a legalibus obseruantijs, dummodo non ponerent spem in eis.

Quilatus est paulus a preside ad clamorem iudeorum.

Capitulum. CIII.

Postera die puri

ficatus paulus cum quattuor viris intravit templum cum eis, et obtulit oblationem suam sicut alij. Consummatis autem septem diebus iudei qui venerunt de asia persecutes paulum cum vidissent eum in templo, quia viderant trophimum ephesium deambulantem cum eo per civitatem, putaverunt quod introduxisset eum in templum hominem scilicet gentilem, et concitauerunt omnem populum contra eum, et intecerunt manus in eum, dicentes, viri israelite adiuuate. Hic enim est homo qui contra populum et legem et locum istum predicat vbius terrarum, et insuper gentes inducit in templum, et contaminauerunt locum sanctum. Comota est ergo vniuersa ciuitas et facta est dissensio populi. Et apprehendentes paulum traxerunt extra templum et clauerunt ianuas ne fugeret in templum, et querentibus eum occidere nunciatum est tribuno cohortis scilicet claudius lisse qui missus fuerat a Felice preside. Et cum assumptis militibus et centurionibus occurrisset videtes eum desierunt percutere paulum, et apprehendit paulum, et iussit eum ligari catenis duabus, donec de causa eius cognouisset. Et cum non posset audire per tumultum, iussit eum duci in castra scilicet in turrim regiam. Et cum venisset ad gradum, forte ad gradum templi vel ad gradum domus proprie, portabatur paulus a militibus propter imperium populi, sequebatur enim omnis populus clamans, Tolle eum, ad mortem scilicet. Et cum indu-

ceretur paulus in castra, aie tribuno. Lect me habet loqui aliquid ad te, Ad quem tribunus. Profer grecam linguam, Ait, Non, Locutus est enim tribunus grece ne iudei intelligerent. Numquid tu es egyptius ille qui ante hos dies tumulum concitauit, et inde eduxit secum in desertum quattuor milia virorum sicariorum. Iosephus dicit quod cum pluribus milibus, et potuit primo venire cum paucioribus postea habere plura,

De egyptio qui populum seducebat.

Capitulum. CIII.

Egyptius iste per

artem magicam sibi comparauerat nomen prophete, et congregatis triginta milibus iudeorum eduxit eos per desertum usque ad montem oliueti, volens inuere in hierusalem vt eam caperet. Sed occurrens ei Felix preses cum multis milibus armatorum fugauit eum cum paucis, et alios occidit. Respondens paulus tribuno ait, Homo sum iudeus non egyptius, a tharso cilicie non ignoro ciuitatis municipis. Non est natus tamen in tharso sed in oppido galilee nomine giscallo. Quo capto a romanis translatus est tharsum cum parentibus, et ibi educatus. Unde ab educatione se dicit tharsensem, licet in giscallo fuerit natus, sicut christus nazarenus dicit, licet in bethleem sit natus. Non est educatus in tharso sed in municipijs adiacentibus ciuitati, vnde non vocat se ciuem sed municipem a municipio et territorio ciuitatis in quo natus est. Dicuntur autem municipia vicina rura ciuitatis, que munera debita vel tributa soluant ciuitati.

Quilatus a populo permissus est loqui presidi.

Capitulum. CV.

Sequentibus

aut magis declarat quare se dixerit paulus ciuem romanum, et est summa, quia pater suus per obsequiorum diligentiam sibi comparauerat gratiam romanorum et donatus est ab eis romana libertate, vt putaretur ciuis romanus ipse et heredes sui, et sic iure hereditario habebat paulus ciuitatem romanam hereditario. Rogo ergo te permitte me loqui ad populum, Et permissus cepit loqui hebraice, Quod audientes magis

Actuum apostolorum

presterunt eis silentium. Viri fratres ego sum homo hebreus natus in tbarso cilicie. nutritus in hac ciuitate secundum pedes gamalielis: et ab eo eruditus. et fui emulatoz legis sicut et vos et persecutor sum christianos. Cuius rei testis est mihi princeps sacerdotum a quo accepi litteras in damasco. ut si quis tibi inueniret christianos: vincos perducerem in hierusalem. Postea persecutus est quomodo percussit eum dominus cecitate in via. quomodo conuersus es et baptizatus ab anania. quomodo post multum circuitus de damasco rediisti in hierusalem. Et dum oraret in templo factus es in extasi. et vidisti et audisti christum dicentem sibi. Festina et eri velociter de hierusalem quia non recipient testimonium tuum de me. Ad quem ipse respondit. Domine ipsi sciunt quia persequebar sectatores nominis christiani. et in eius lapidatione stephani custodis vestimenta lapidationis. quod debet eis sufficere hoc exemplum conuersationis mee. Et dominus ad eum. Vade quoniam ad nationes mittra te lege. quasi diceret. Hec propter hoc credet tibi iudei. ideo mittra te ad gentes que tamen loco quam animo a iudeis sunt longe.

¶ Paulus ciuem romanum se fecit.

Capitulum. CVI.

In quo usque ad

hoc verbum in silentio audissent eum iudei. audito quoque destinato est genibus. unanimitate vociferati sunt proiecentes vestimenta sua. et puluerem facientes in aera per magnitudine tristitie. quasi furor exprimeret dicentes tribuno. Tolle de terra hominem huiusmodi. Non est enim fas eum audire. Et iussit eum tribunus induci in castra in turrim secundam illam que dicebatur antonia. et agrippiam. et ce di flagellis et torqueri. ut ita non occideret eum tormentis eius satiati. Et cum astrinxissent eum loris dicit paulus astanti centurioni. Licet vobis flagellare hominem romanum idem natum. id est de nullo reatu ordine iudicario conuictum. Quo audito accessit centurio ad tribunum dicens. Quid acturus es. Hic homo ciuis romanus est. Et accedens tribunus ad paulum quaesivit ab eo an romanus esset. Et confessus est. Et ait tribunus. Ego multa summa pecunie hac ciuitate emi. Ego inquit paulus in ea natus sum. quia pater meus ut paratum est

antequam gigneret eum. comparata sibi gratia romanorum: ciuitate romanorum donatus est ab eis in se et in hereditibus suis. Et statim discesserunt inde qui erant eum torturi quia timuit ut tribunus audiret quod esset ciuis romanus.

De scilicet oratione iudeos ex industria pauli.

Capitulum. CVII.

Postero autem die

¶ volens scire diligentius causas accusationis pauli soluit eum et iussit conuenire sacerdotes ad consilium. Et perducens paulum statuit eum inter eos: et cepit paulus palam loqui consilio. Viri fratres inquit. ego omni conscientia bona conuersatus sum apud deum usque in hodiernum diem. Et statim princeps sacerdotum ananias precepit astantibus ut percuterent os eius quasi impudenter gloriaris. Ad quem paulus. Percutet te deus paries dealbare. quod dicitur. Vindicabit in te deus operata. quia cum sedens super cathedram moysi quasi finem legis videris iudicare. et iudicas contra leges. quia cum me reputes blasphemum non me iudicas legis ordine. qui precipit blasphemum extra castra educi: et educum ab omni populo lapidari. Vel forte perbetavit paulus de abolitione sacerdotum iudeorum dicens. Percutet te deus. quod dicitur. Destructus te deus et sacerdotum tuum. sacerdotum. i. iudeorum. Tunc qui astantes dixerunt. Summum sacerdotem dei maledicis: Tunc paulus ait. Nesciebam fratres principem esse sacerdotum. reuera si hoc scire: et essem. Scriptum est enim. Principem populi tui non maledices. Vel quasi mystice ait se nescire. id est sacerdotum iudeorum reprobatum esse. quia licet nouerit hunc non esse vere principem sacerdotum: tamen temperate respondet. instruens alios ut modestius se haberent erga priores suos. Tunc timens paulus imperum iudeorum excogitauit quomodo moueret scilicet in inter eos. Et cum presentes essent pharisaei et saducei: coram omnibus professus est se esse de secta phariseorum. ut ita conciliaret sibi animos eorum. et eorum beneficium euaderet manus aliorum. Et cum professus esset. facta est dissensio magna inter phariseos et saduceos.

¶ Dominus confortauit paulum.

Capitulum. CVIII.

Perurgentes qui

et daz phariseorum. pugnabant pro paulo

R 4

contra saduceos dicentes Nihil mali inuenimus in homine isto Quid si spūs locut⁹ ē et vel angel⁹. Hoc autē p̄tra saduceos dicebāt. negantes angelū esse vel sp̄ritū v̄l aīam Et cū facta esset tāta dissensio. timēs tribun⁹ ne discerneret paul⁹ a saduceis sc̄z volētib⁹ euz rapere. iussit milites descēdere ⁊ rapere eū d̄ medio eoz. ac deducere ī castra. ⁊ sic factū ē

Sequēti autē nocte apparuit domin⁹ paulo dicens. Cōstans esto. sicut em̄ testificat⁹ es de me in hierusalem. sic oportet te et rome testificari.

Quomodo coniuratum est in mortem pauli.

Capitulum. CXX.

Sicco autem die

collegerūt se q̄dā ex iudeis ⁊ deuouerūt se maledictiōis. si comederēt v̄l biberēt donec occiderēt paulū. p̄ q̄ ī greco habet anathematizauerūt. Et erant plusq̄. xl. viri q̄ hāc cōiuratiōez fecerāt. ⁊ accesserūt ad p̄ncipes sacerdotū ⁊ seniores dicentes. Deuotione deuotiū⁹ nos nihil gustaturos donec occidam⁹ paulū. Persuadete ergo tribuno vt adhuc p̄ducatur eū ī mediū ad vos. tanq̄ aliquid sitis certi⁹ p̄gnituri d̄ eo. Nos p̄o parati erim⁹ iterficere eū. Forte h̄ audies nepos pauli fili⁹ sororis ei⁹. Intrauit ī castra. et nūciatū hoc paulo. Et aduocās paul⁹ vnū de centurionib⁹ ait. Adolescentez hūc p̄duc ad tribunū. habet enim aliquid īdicare ei. Et cū venisset adolescēs ad tribunū exposuit dolos et insidias iudeoz contra paulū. Tūc dimittens adolescentez tribun⁹ p̄cepit ei ne alicui hoc reuelaret Et conuocatis duob⁹ centurionib⁹ ait illis. Parate milites ducentos vt eāt v̄sq̄ cesareā pedestres et eq̄tes. lxx. scilicet q̄ nō eant pedestres. ⁊ lancearios ducentos a tertia hora noctis. ⁊ parate iumenta. ⁊ paulo ⁊ comitib⁹ suis. ⁊ p̄ducite eum sanuz et incolumem ad Felices presidem.

Quante presidem contra tertullū oratorem contendit

Capitulum. CXX.

Crispit quoqz

tribun⁹ p̄sidi epistolā ī hunc modū. Claud⁹ lissias optimo p̄sidi felici salutē. Nec p̄uauit qd

in epistolis nostris seruam⁹. Nō em̄ excellentioris p̄sone p̄misit nomē. imo nomen suum q̄ erat inferior p̄sone p̄sidi. Postea exposuit ī epistola causam accusatiōis pauli. ⁊ modum et ordinē actionis. Cūq̄ venissent cesaream nūciū cū paulo. tradita ep̄la p̄sidi statuerūt paulū ante eū. et ep̄la p̄lecta cognito q̄ esset de cilicia. ait p̄ses. Audiat te cū accusatores tui venerint. et iussit eū custodiri ī proprio herodis. Post q̄nq̄ autē dies descēdit p̄nceps sacerdotū ananias cū seniorib⁹ cū oratore quodā tertullio qui esset aduocat⁹ eoz. Et porauit tertull⁹ an̄ felice. ⁊ ī multis accusauit paulū. Postea annuente p̄sidi r̄iudicauit paul⁹ ostendēs qz nihil dignū morte comiserat. ⁊ qz p̄sequerant eū iudei p̄ p̄tate. sc̄z qz p̄dicabat reurrectionē. Et audito qz esset cōtrouersia de lege eoz. parūpendēs felix ait. Audiam vos cū tribunus listas descēderit. Et iussit paulū esse ī libera custodia vt libere posset īgredi et egredi et deambulare. ⁊ nō p̄hiberet quisq̄ de suis ei ministrare. Post aliquid dies vēit felix cū vxore sua drusilla et vocauit paulum. Ista drusilla iudea erat pulcherrima quā olim p̄cupierat lazari rex a masonū. Et cū vellet eā ducere. negauit dicēs. qz nullo mō nubret ī circūcisio. Postea ille circumcidit se et duxit eam.

Quel felix voluit pecuniam extorq̄re a paulo.

Capitulum. CXXI.

Im aut missus

est felix a claudio p̄ses iudee sollicitabat eā p̄ iudeos vt nuberet ei. Et tandē inducta est ad hoc exēplo p̄gnante sue beronice. q̄ olim dimisso viro suo nupsit diritori. scilicet agrippe regi filio herodis agrippe. q̄ habebat terrā v̄tra iordanes. Dimisso igit̄ porū viro sc̄z lazaro rege amalonum nupsit drusilla felici. Hec drusilla quia iudea erat libēter audiebat pauluz d̄ fide q̄ ē ī iesum christuz. Et cū disputaret paul⁹ de iusticia ⁊ castitate et ī iudicio futuro. re mefactus est p̄ses audies se iudicanduz. Et ait paulo. Vade t̄pe opportuno accersias te. Hoc autē dicebat. sperās se aliquid ab eo accersiturus. Putabat em̄ pauluz habere pecuniam. vnde frequent⁹ eum accersiens loquebatur cum eo. Biennio autē cōpleto successit festus felici missus a nerone. Si autē intelligatur biennio a p̄sidiatu felicia nō pote

rit stare cū alonge retro constitut⁹ esset preses a claudio. Fest⁹ aut⁹ missus ē a nerone q̄ successit claudio. Si aut⁹ intelligat⁹ biennio ab accusacione pauli, nec sic poterit stare. Non enim adhuc fluxerant duo anni ex quo uenerat in hierusalem. Intelligendū est ergo biennio ab accusacione felix, ex q̄ scilicet accusatus est a iudeis.

De seditione inter iudeos et gentes.

Capitulum CXII.

Rta est enim dis

sentio inter iudeos et gentes in cesarea d⁹ honore ciuitatis. Iudei enim preferrebant se gentilibus, quia herodes ascalonita q̄ circūcisionē accepit fuerat conditor ciuitatis, et appellauerat eā cesaream in honorem cesaris. Gentiles se preferbant iudeis dicentes q̄ a gentilibus facta est p̄maria edificacio ciuitatis, q̄ anteq̄ reedificaret⁹ ab herode dicta est p̄irgo stratonis. Felix aut⁹ p̄mo fuit pars iudeoz, donec exhausit maria supra eoz. Postea fuit pars gentiliū, in tantū q̄ militib⁹ gentiliū dedit licentiā intrandi domos iudeoz, et diripiendi bona eoz. Tū accusat⁹ ē a iudeis ad heronē, et biennio ab accusacione amor⁹ ē a p̄sidatu et substitut⁹ ē ei fest⁹. Volēs aut⁹ in fine p̄sidat⁹ sui placere iudeis, reliquit paulū vincitū. Fest⁹ aut⁹ cū uenisset in puincia post triidū ascendit hierosolimā a cesarea, et rogauerūt eū p̄ncipes sacerdotū et p̄mi iudeoz, ut iuberet adduci paulū in hierlm parates ei isidias, ut occiderēt eū in uia. Festus aut⁹ r̄ndit se in cesaream matur⁹ descensuz, et eoz accusacionē si p̄ter uiderent ibidē auditurū.

De appellacione pauli.

Capitulum CXIII.

Emoratus autem

fest⁹ in hierlm paucis dieb⁹ descendit in cesareā et sedit p̄ tribunali. et p̄ducit⁹ est paul⁹ in mediū, et accusat⁹ est in multis ab his q̄ descenderāt de hierlm, s̄ nō poterāt pbare q̄ obijcebant⁹ ei, paulo in oib⁹ bus rōnem reddente. Fest⁹ aut⁹ volēs placere iudeis ait paulo, Vis ascendere in hierlm, et de his iudicari ap̄ me. Ad quē paul⁹, Ad tribunal cesaris, ubi opt⁹ me iudicari. Erat aut⁹ sedes in cesarea iuxta quā stabat paul⁹.

quā parauerat herodes cesari ut in ea sederet siquē ueniret in cesareā, ut q̄s mitteret iudices. Et excusabat se paul⁹ dices, Iudeis nō nolo mori, si q̄d dignū morte comisi: uolo mori. Si p̄o nihil comisi: nemo est q̄ audeat me tradere illis, q̄ cesarē appello. Tū fest⁹ cū p̄silio respondens ait, Ad cesarē appellast⁹ ad cesarem ibis.

De hoc quod agrippa rogabat festum.

Capitulum CXIII.

Cum dies alii

q̄ tractati eēnt, descendit agrippa in cesareā cū uxore sua beronice. Iosephus dicit de beronice, Nō est intelligendū, q̄ fuerit uxor ei⁹ sed q̄si uxor. Erat enim soror ei⁹, id est cognata fm idioma hebreū, et tēnerrime eā diligebat et imponebat ei q̄ abutebatur ea. Descendit aut⁹ rex agrippa in cesareā, auditū q̄ ibi eēt fest⁹ ut accusaret iudeos apud eū. Iste nāq̄ agrippa infestus erat iudeis q̄ cū accepisset potestatem a romano imperatore constituendi summū sacerdotem in hierlm constituebat eos sacerdotes q̄ nō erant aaronite. Fecerat enim in palatio suo fenestrā eminentem, unde poterat uidere q̄cūq̄ fiebat in templo sacrificia. Nō moleste sustinentes iudei fecerant oppositū murū fenestre eminentis orē fenestra. Uenerat ergo specialiter agrippa, rogatur⁹ festū ut murem illū obrueret. Causam tū descendit in cesaream, nō habes in historia actū, sed ioseph⁹ supplet.

Quomodo porauit paulus coram festo et agrippa.

Capitulum CXV.

Ungq̄ descendit

fest⁹ agrippa: honorifice recept⁹ ē a festo, et cū p̄ dies plures moram fecisset cū eo cōsuluit eū q̄d faceret de paulo. Et exposita ei accusacione iudeoz cōtra paulū, respondit agrippa se uelle uidere paulum. Altera die uenit agrippa et beronice cum multa ambitione, id est cū multa turba eos ambiente, uel cū multa ambitione, id est cū multis p̄lici apparatu, uel cū multa ambitōe, id est cū multo desiderio ambiendi paulū. Et cū introisset auditōriū cum tribunis et uiris p̄ncipalibus ciuitatis, iubente festo adductus est paulus, et dixit festus, Agrippa rex et uos

R 5

omnes qui adestis simul videre hunc super quo vniuersa multitudo iudeorum in pel- lauit me hierosolymis dicentes eum dignum morte. Ego autem nihil in eo comperi dignum morte. Ideo cum appellauerit ad augustum eum romam mittere decreuit. Sed irrationabile mihi videtur mittere aliquem vincitum. et causas eius non significare. Ideo consulo te super hoc rex agrippa. quia non habeo quid certum scribam de eo. Tunc agrippa ad paulum. Permittitur tibi loqui pro te. Tunc paulus extensa manu more concionatum vel ad faciendum silentium cepit de omnibus reddere rationem. super quibus accusabatur a iudeis. Beatus inquit me reputo rex agrippa. quia in audientia tua sum responsurus. cum peritus sis in lege moysi. et noueris consuetudines iudeorum. Propter quod obsecro ut patienter me audias. Et persecutus est modum conuersionis sue. et super quo accusaretur a iudeis. Et post multos sermones pauli. respondit. Festus magna voce. Insanis paulus. multe littere te faciunt insanis. Non insanio inquit paulus optime. Feste sed sobrietatis et veritatis verba loquor. Scit enim rex agrippa in cuius presentia loquor. Nihil enim horum eum latere arbitror. Nec enim quicumque horum in angulo factum est. Credis agrippa prophetis. Scio quod credis. Ad quem agrippa. In modico suades me fieri christianum. Ad quem paulus. Opto apud deum non tantum te. sed et omnes qui audiunt hodie fieri tales quales ego sum. exceptis vinculis meis. Non loquor enim vinculatus esse.

Paulus missus est romam.

Capitulum. CXVI.

Incurrexit rex

et beronice et qui assidebant eis

Et cum secessissent loquebantur ad inuicem dicentes. Nihil dignum morte aut vinculis fecit homo iste. Et ait agrippa ad festum. Dimitti poterat homo iste si non appellasset ad cesarem. Et decreuit agrippa quia appellauerat mittendum esse ad cesarem. Et traditus est paulus iulio centurioni cohortis auguste militum. scilicet qui missi fuerant ab augusto. et pariter miserunt romam nuncios iudei contra agrippam. aduersus quem multas habebant querelas. quia ut supra preterauimus. constituerat hismaelem summum sacerdotem cum non esset de genere aaron. Et hoc ponit iosephus ca-

atalogum sacerdotum qui fuerant ab institutioe sacerdotum usque ad terminum eiusdem sub distinctione trium temporum. Ab aaron usque ad ipsos dauid. et fuerunt singuli. xxiiij. unus post alium in sexcentis. xxiiij. annis. et succedebant filii patribus. primogenitus filius aaron scilicet eleazar successit ei in summum sacerdotum filius eleazari successit ei. et ita in posterum. Nam de isamar non erant summum sacerdotum sed minores nisi pauci circa tempora dauid. Nam in belli sacerdotum translatum est ad filios isamar. Abiatbar quoque erat de isamar quem deposuit salomon. et eius loco statuit sadoch qui erat de eleazar.

Quincidenter narrat de sacerdotibus iudeorum.

Capitulum. CXVII.

Quid autem vo-

lens ampliare cultum dei. videns

quod non sufficeret vnus summus sacerdos ad ministracionem. quod si infirmaret non erat interim qui incensum poneret. quod necesse erat singulis diebus offerri. instituit. xxiiij. summos sacerdotes quorum sedecim erant de genere eleazar. viij. de genere isamar. Vnus tamen illo tempore. xxiiij. summus erat qui dicebatur princeps sacerdotum. Administrabant autem per se primas que iure hereditario deuolue sunt ad posteros eorum. Et vnusquisque. xxiiij. summorum sacerdotum cum administrabat secum habebat. xxiiij. minores sacerdotes. et totidem leuitas. et totidem ianitores. duplicato numero nathinorum. Fuerunt autem. x. et viij. principes sacerdotum a tempore dauid usque ad transmigrationem babilonis in quadringentis et septaginta annis. A transmigratione autem cessauit sacerdotum usque ad reditum de captiuitate sub zorobabel et ita in magno sacerdote. Et inde usque ad tempora machabeorum fuit tempus sacerdotum. Tempus autem machabeorum non deputat sacerdotio. quia idem erant duces et sacerdotes. et sic usque ad herodem qui fecit occidi quotquot inuenerat de genere sacerdotum. ne iteque ad eos deuolueret regnum. Et vendebat summum sacerdotum: quicumque vnus: quodamque pluribus simul. Et fuerunt omnino usque ad euersionem hierusalem. xxviij. summum sacerdotum. A tempore autem herodis usque ad euersionem hierusalem non ponit iosephus summam annorum sed constituit fuisse centum. v. cum herodes ante natiuitatem

Actuum apostolorum

domini triginta annis regnavit, et dominus trigesimo annis vixit et a morte domini usque ad eversionem hierusalem, xlii. anni fluxerunt. Sed de his hactenus.

De tempestate in mari quam praedixerat paulus.

Capitulum CXVIII.

Raditus est paulus

lulus iulio centurione peractatus est. Et dedit dominus gratias paulo in oculis eius ut humane tractaret eum, nec prohiberet amicos eius in civitatibus per quas transibat ei ministrare. Prosequitur ergo lucas de progressu itineris. Ascendentes inquam navem ad rumentinam incipiunt navigare circa asie loca. Quidam syllabando voluit distinguere ad rumentinam ut dicitur secundum eos navis ad rumentinam, scilicet romam tendens sed melius a nomine civitatis dicitur ad rumentinam. Ad rumentinam enim est civitas africae. Postea enumerat lucas civitates per quas transibant, quas non est necesse enumerare, nisi in quibus aliqua gesta sunt non pretermittenda. Inter cetera venerunt listram, ubi habuit paulus plures amicos qui ministraverunt ei. Ibi inveniens centurio navem alexandrinam navigantem in italiam transposuit nos in eam ut dicit lucas, de navis scilicet quam per nos ascenderamus nos transfudit in illam. Et cum multis diebus navigavimus lente, vento scilicet ire libertus prohibente, tandem ad navigavimus creta, et inde vix devenimus in locum qui dicitur bomportus, et ibi multo tempore fuimus, non ausi ingredi mare, cum non esset apta navigatio, eo quod ieiunium preterisset, id est fames magna in navigio ad navigandum reddens naves infirmiores. Vel de ieiunio, vii. mensis intelligi potest quod est inter diem propitiationis et scenophegie, scilicet iter .x. diem septembris et .xv. et sic probat non esse cutam navigationem, quia iam erat septimus mensis, qui inferius est hyeme secundum hebreos, qui aprilis primus computant. In hyeme autem non est tutum navigare. Vel potest intelligi de ieiunio instituto in memoriam mortis godolite, quod fit in fine septembris. Vel de ieiunio decimi mensis, quod scilicet fiebat in ianuario, quod constituerunt auditis rumoribus de constructione templi in babilone. Cum autem molestum esset cen-

turioni et alijs qui non possent navigare, consolabatur eos paulus dicens, Viri video forte et signis tempestatum vel in spiritu prophético, quia non sine multo damno non solus oneris et navis: sed etiam animarum vestrarum potestis navigare. Centurio autem magis credidit nauclero siue nauiculario quam paulo, id est domino navis. Nauclerus enim dicitur in cuius sortem cedit dominum navis. Cleros enim sortis dicitur. Hoc autem compulit centurionem magis credere nauclero quam paulo, quia portus in quo erant non erat idoneus ad hyemandum, et ideo consulebant omnes inde navigare, si quo modo possent ad alium portum pervenire, qui magis esset idoneus ad hyemandum. Et contra consilium pauli asperante austro ad portum propositum anbelantes intraverunt mare. Et cum aliquantulum processissent, insurgens ventus triphonicus irruit contra navem qui dicebatur euro aquilo. Dicitur autem ventus triphonicus quasi inflans mare, et faciens intumescere Triphos enim interpretatur inflatio. Et cum arrepta esset navis, et non posset conari contra ventum, cessante remisio ferebamur in incertum decurrentes ad insulam quamdam que dicitur cauda, et vix potuimus obtinere scapham de navis in mare depositam in adiutorium navis, quia impetu fluctuum fere rupta est. Scapha dicitur levis navicula de vna tantum arboris cavata. Vel dicitur modica navis viminea crudo corio tecta cuiusmodi utuntur pyrate. Et dicitur a scaphon quod interpretatur speculum, quia huiusmodi navibus utitur pyrate ad specularandum et explorandum, et deferruntur huiusmodi naviculae in navibus, et imminente naufragio deponunt in mare ad subueniendum navis, quia his navis accingitur et in proclivitate tempestatum armatur. Cum autem sic tempestate valida factarentur, sequenti die fecerunt factum, id est, electionem ventisillum de navis.

Constitutos in periculo paulus confortavit.

Capitulum CXIX.

Et cum neque sol in

die neque in nocte lunae sidera apparerent ablata erat omnis spes salutis. Et cum fecissent diurnum ieiunium forte voluntarius per amoneda tempestate, et necessarium, quod

Historia libri

forte artabantur penuria victualium, omnibus
proiectis in aquam, stans paulus in medio
eorum dicit Sanum erat consilium ad quod
escere mihi et lucrifacere iniuriam hanc et sa-
cturam. Nunc tamen suadeo vobis bono
animo esse. Certi estote quia nemo pericula-
bitur ex vobis, nec patiemini facturam nisi na-
uis. Astitit enim mihi hac nocte angelus dei
cui fuso dicens Ne timeas paulus, cesari oportet
te assistere. Et ecce, donauit tibi deus om-
nes qui nauigant tecum, id est merito tuo con-
seruabit, ut nemo ex eis periclitetur. Propter
quod inquit bono animo estote. Credo enim do-
meo, quia sic erit quemadmodum dictum est mi-
hi, et in insulam quamdam oportet nos venire.
Ideo autem de hoc predicat eis veritatem, ut vide-
tes hoc impletum certius speret salutem. Sed
postquam, tertio die nocte superuenit circa medias
noctem suspicabantur naute apparere sibi ali-
quam regionem, et summittentes pondus plum-
bi quo maris profunditas exploratur, inue-
runt passus, xx. Et pusillum inde separati, in-
uenerunt passus, xv. et timentes ne in aspa-
lata loca inciderent, de puppi mittentes ancoras
lxxij, optabant diem fieri.

De constantia pauli.

Capitulum CXX.

Cum vellent

naute aufugere demittentes scapham in mare, videns hoc paulus
in spiritu, ait centurioni et militibus, Nisi in
naui manserint homines isti non potest sal-
ui fieri. Et statim milites absciderunt funes
scaphae et abiit per mare. Cum autem illucesce-
ret dies rogabat paulus omnes ut sumerent
cibum, ut fortiores essent ad labores sustinenda.
Quartadecima inquit dies est hodie,
ex quo expectauimus serenitatem aeris, et pro-
manetis ieiunium nihil accipientes. Forte die il-
la nihil comederant, vel forte dies plures si-
ne cibo transierant. Quod confortamini inquit et ci-
bum sumite quia nec etiam capillus de capi-
te vestro peribit. Et hoc dicto sumebant pa-
nem in conspectu omnium cum gratiarum actione
iuxta morem solitum, et cum fregisset cepit man-
ducare. Alii quoque anime quiores facti sum-
pserunt cibum, et erant anime in nauem ducentem
septuaginta sex.

Quod sanauit principis patrem,

et alios.

Capitulum CXXI.

Inc confortati

ti cibo alleuabant nauem tacta
tes triticum in mare. Cum autem
dies factus esset, non agnoscebant terram. Sed
num autem quendam considerabant habentem
litus, in quem cogitabat si possent eicere na-
uem. Et cum ancoras sustulissent committe-
bant se mari sine conatu remigum. Et leuato
artemone iuxta quod ventus eos ducebat, acci-
bant ad litus. Artemone dicitur modicum ve-
lum, directioni nauis portus accommodatum,
quod celeritati. Et cum incidissent in locum bita-
lissum impegerunt nauem. Bitallissus pro-
prie lingua terre dicitur in mare protensa, ma-
ri hinc et inde circumdata. Et dicitur bitallissus,
quasi mare bifidum terre interiectu ditius.
Et cum nauis offendisset in bitallissus, pro-
ra manebat immobilis, puppis pro frangebatur
maris impetu superuenientis. Et conu-
lebant milites omnes vincos occidi, ne for-
te natando aufugerent.

De verbo pauli ad centurionem,

Capitulum CXXII.

Centurio vero

volens seruire paulum prohibuit
hoc fieri, et permisit quod
et quocumque modo possent eua-
dere, et iuxta quod predixerat paulus euaserunt
omnes: egressi in insula que vocabatur
mitilene. Et cum egressi essent barbari habi-
tatores insule officia humanitatis diligenter
exhibuerunt eis. Accensa enim pyra reficiebant
eos. Et dum paulus colligeret sarmena et
congereret in pyram, vipera in sarmena la-
tens adhaesit manui eius. Cum autem viderent
barbari viperam in manu eius penden-
tem, adinuicem dicebant. Uti quis homicida
est homo iste, nam cum de naufragio euaserit,
vltio diuina eum amplius viuere non per-
mittit. Excuties autem paulus viperam in ignem
nihil mali passus est. At illi expectabant, ut
tumesceret manus eius, quia tumor solet sequi
post venenum. Et cum diu expectassent, et nullam
in manu eius deprehenderet lesionem, conuer-
tentes faciem suam ad se inuicem dicebant. Ho-
mo iste deus est.

Quod sanauit principis patrem,
et alios.

Capitulum CXXIII.

Contigit autem

c patre publici principis insule fe-
brico et discretia laborare. id e-
st in ventris. Ad quem cum paulus introisset
et orando imposuisset ei manus: sanauit eum.
Quo facto omnes qui erant in insula infirmi
accedebant ad eum et sanabantur. Post me-
ses autem tres inuenerunt naues alexandrinam
que in insula mitilene huiusmodi fuerat cui nomen
erat castrum insigne. cui scilicet in insula quia ad
huc ibi apparebant quorundam castrorum ves-
tigia que antiquitus ibi fuerant edificata. vel
cui nauis quia in modum castrorum erat insi-
gnis velis intacta. Alia translatio habet cui
erat insigne castrorum. qui gemini sunt castrorum
res scilicet castrorum et pollux quos gentiles pri-
cipue in periculo maris inuocant. et ideo in li-
tore maris eis templum fecerant. Hoc autem ex
alia translatione euidentius est vbi habetur
cui erat insigne filiorum iouis. Fabulant enim
gentiles castrorum et pollucem fuisse filios io-
uis. Cum autem ascenderent nauem. multis ho-
noribus honorauerunt nos. et posuerunt ne-
cessaria in nauem. Et cum venissent siracusanam
manserunt ibi triduo et inde venerunt regium
et inde post unum diem flante austro venerunt
puceolos. pro quo alij libri habent puteolo-
sum. Et est nomen insule. vbi inuenerunt fra-
tres. et rogati ab eis manserunt ibi septem dies.
Cum autem audissent aduentum eorum fratres
qui erant romae occurrerunt eis usque ad forum
apostolorum. id est. ab apio in litore maris constitutus
ut de nocte applicantes ibi inuenerunt victua-
lia venalia. vbi constituerant tres tabernas
tres scilicet domos in litore. in quibus expo-
nerentur cibi venales.

Quareceptus est a fratribus christi-
anians.

Laplin. CXXXIII.

Et cum vidisset

c paulus fratres ad se venientes
gras agens deo accepit fiduciam.
gras agens deo accepit fiduciam. Et quia ante aduentum pau-
li in romae erant christiani patet ex hoc loco pe-
trum et paulum non primo predicasse romani-
am. Quia si quandoque legatur: de constitutione
vel confirmatione fidei intelligendum est: non
de primaria instructione. Cum autem venissent
romam non dum erat nero confirmatus in regno

nec inualuerat nequicia eius. Et audies con-
trouersiam esse de lege iudeorum et christia-
norum vllipendit. Et pmissus est paulus li-
bere ire per ciuitatem. cum vno tantum milite eius
custodierte. Timuit autem ne forte iudei qui per-
secuti eum erant in iudea misissent litteras ad
iudeos qui erant in romae ut in dolo eum occide-
rent. Ideoque post tertium diem conuocauit pro-
mos iudeorum. Et cum conuenissent: dicebat
eis. Ego fratres non veni gentem meam accusare
sed coactus sum appellare ad cesarem. quia i-
uste traditus sum a iudeis in manus romani-
corum. Propterea volo vos fratres scire. quia
nulla est causa mortis mee nisi quia predicabo re-
surrectionem mortuorum. At illi dixerunt ad eum
Neque litteras accepimus a te de iudea. nec ad-
ueniens aliquis fratrum locutus est de te ma-
lum. Volumus autem a te audire que sentis de
secta christianorum. cui adheres. audiui enim
quod et vobis contradicis. Et die assignata ve-
nerunt ad eum plures in hospitium suum qui
bus proponebat legem et prophetas predicans de ier-
susalem mane usque ad vesperam. Et quidam cre-
debant his que dicebantur. alij non credebant
Et cum discederet dissentientes. cepit eos paulus
arguere in hunc modum. Bene spiritus iustan-
ctus de vobis locutus est per esaiam dicens. Uas
de ad populum istum. et dic ad eos. Aure audie-
tis nec intelligetis. et videtes videbitis et non
percipietis. Incrassatum est enim cor populi hu-
ius et auribus grauitur audierunt. et oculos suos
compresserunt ne forte videant oculis et auribus
audiatur. et uertant se sanes eos. quoniam in gentibus
missum est hoc salutare dei. et ipse audiet.

Quo tempore libere predicauit.

Laplin. CXXXV.

Iniit autem pau-

m lus toto biennio in hospitio quod
ipse conduxerat in libera custodia. et
suscipiebat omnes qui ingrediebant ad eum. predi-
cans uerbum dei. et docens de domino iesu christo cum
omni fiducia sine prohibitione. Et uide quod ante adue-
ntum pauli romam iam regnerat nero duobus an-
nis. Et uentus romam. per biennium fuit in libera
custodia et postea per decennium in magis libera. quia
nero non dum confirmatus in regno erat. et dedit ei
liberam licentiam deambulandi et circueundi per
partes occidentis et predicandi.

Quo neronis imperij anno passus fuerit
Laplin. CXXXVI.

Trigentesimo

q vero anno imperij neronis, cū
lā et nequitia inualuisset, et lā i
iudeos sp̄strasset, positus est paul⁹ rome in
carcerē, vbi multos de familia neronis puer
tit, et familiaritatez senece magistri neronis
comparauit. Et eodē, xliij, anno vltimo scilz
imperij neronis martyrio coronati sūt ip̄e et
petr⁹. Vñ patet eos errare qui dicunt nō ea
dem die occisos esse, nisi intelligat eadez die
anno reuoluto, quod stare non potest, cū cō
stet eodem anno scilz, xliij, esse occisos et ea
dem die.

In quibus locis puncti fuerint petrus
et paulus.

Caplm CXXXVII.

Et loco autem vi

d dentur minus sentire quidam, qui
putant in eodem loco occisos, qz

legitur. Gloriosi principes terre quomodo in
vita sua dilexerunt se: ita et in morte nō sunt
separati. Potius tamen videtur paulus tāo
qz ciuis honorabiliori morte occisus, qz gla
diatus et in catacumbis versus occidentem
Petrus p̄o crucifixus i vaticano in vico scz
qui est extra ciuitatem vbi fiebat dolla, et ita
paulus honorabiliori morte mortuus ē, qz
gladiatus. Gladio enim perimebantur nobi
les, et in loco magis honorabili, scilicet in
catacumbis,

Scholastica hystoria magistri Petri cos
mestoris. Imp̄ssa argētime finit feliciter. An
no salus nostre Millesimo quingentesimo
tertio Kalendas vero, xxj, decembris,

HISTORIA SCHOLASTICA